1462.
16

DISSERTATIO
DE

HIEROLOGIA

SEU

BENEDICTIONE

SACERDOTALI

IN
MATRIMONII NEGOTIO USITATA,
Von

Prieſterlicher COPULATION

oder

Einſegnung angehender Eheleute/

Quam
PRÆSIDE

PETRO MULLERO,
U. J. D. & Prof. Publ.

IN JCTORUM AUDITORIO
EDITIO QVARTA
ad d. April.
publice ventilandam proponit

JOHANN SAMUEL Stehelin/
Coburgo-Francus.

JENÆ,
TYPIS & SUMTIBUS GOLLNERIANIS,
Anno 1714.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

Cum DEO!

DE

HIEROLOGIA

ſeu

BENEDICTIONE SADERDOTALI IN MATRIMONII NEGOTIO USITATA.

Προαύλιον

Simul

Continens explicationem Vocabuli & Diviſionem.

SI cultoris animi gentes thalamum, impoſitis DeorumDearumq; ſimulacris prius quam nuptias auſpicarentur, ſacrificaſſe, quo & Conjugium fauſtum & ſata in ipſo ſemina læta cluerent, legimus. Auguſt. *l. 6. d. Civit. Dei. c. 9.* quanto magis eo anniti decet illos, quos æternum Numen tot illuſtribus gratia & ſcientia radiis beatos fecit, ut verum Deum agnoſcere atque fuſis precibus benedictionem queant expectare. Quicquid ergo Chriſtiani facimus, monente Apoſtolo *1. Corinth. 10. v. 31. & ad Coloſſ. 3. v. 17.* in nomine Domini facere debemus, *non obſervetis 16. cauſ. 26. q. 7.* unde *l. 1. in pr. C. d. offic. præf. Affic.* dicitur, nos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad omnes actus omniaq; conſilia ſemper progredi debere. Unde circa copulationem novorum Conjugum ad hæc usque tempora ritus benedictionis ſacræ obſervatur, nec ſine precibus & votis ad rem tam arduam convolari receptum eſt; de quo, uti inſcriptio noſtræ diſſertationis indicat, quatenus objectum juris conſtituit, divina aſpirante gratia acturi

ſumus. Quod autem vocabulum ἱερολογίας ſpectat, illud græcum & compoſitum eſt, ab ἱερὸς ſanctus & λογ⊚ ſermo; denotans ſanctam & votivam precationem. Et licet iſta in aliis negotiis, præſertim inaugurationibus & dedicationibus templorum, nec non ſpeciatim ad populum fuerit uſitata; In præſenti tamen applicatum ſolummodo Matrimonii negotio deſcribimus: *quod Hierologia ſit actus ſolennis, quo Miniſter Eccleſiæ perſonas deſponſatas in facie Eccleſiæ copulat, iisque benedicit, quo de matrimonio rite & honeſte conſtituto ac conſummato eo melius conſtet, moribus receptus ac uſitatus.* Eſtque vel *ſolennis*, vel *minus ſolennis*. De quibus omnibus ex infra dictis conſtabit.

SECTIO I.

DE ORIGINE ET OBSERVANTIA Benedictionis Sacerdotalis.

SUMMARIA.

Th. I. Deus primus fuit paranymphus, proxenata ac Sacerdos, qui Adæ Evam adduxit, adductam copulavit & copulatis benedixit. II. In Eccleſia Iſraelitica Vet. Teſt. ritum benedictonis Sacerdotalis in uſu fuiſſe colligunt Theologi ex Pſalm. 128. v. 2 III. Tempore Apoſtolorum in Nov. Teſt. uſitatam fuiſſe talem benedictionem aſſerit Baronius. Nonnullorum Epiſcoporum epiſtolæ referuntur. IV. Hodie apud Chriſtianos ritus iſte ubivis locorum conſtanter obſervatur. Allegantur Gentes V. Apud Judæos hodienum ſolennitas Nuptialis publice coram Eccleſia in uſu eſt. VI. An Copulatio ſeu benedictio Sacerdotalis abſolute ſit neceſſaria ſeu de eſſentia matrimonii? Reſp eſſe ſolennitatem quandam Eccleſiaſticam, quæ poſſit adeſſe & abeſſe ſalva matrimonii ſubſtantia. Neceſſariam dicim9 non neceſſitate quadam abſoluta, ſed hypothetica. Referuntur graviſſimorum Scriptorum ſententiæ. VII Quidam aſſerunt contrarium. Quæſtio, Utrum Sponſalia de præſenti ſint verum matrimonium, proponitur, & reſolvitur. VIII. Concedimus, iis in locis, ubi ſpeciali lege ſancitum eſt, ut matrimonio accedat benedictio Sacerdotalis & ſub clauſula caſſatoria iſta eſt injuncta, Neceſſariam eſſe. IX. An Sponſus & Sponſa, ſi ante benedictionem Sacerdotalem

talem

talem concubuerint, & Sponſa gravida facta Sponſus diem ſuum obierit, partus natus ſic legitimus, & per conſequens Patri ſuccedat? R. quoniam ex matrimonio eſſentialiter perfecto ſuſceptus, legitimus eſt, & ſuccedit. X. Nemo autem exinde concludere poteſt: Benedictionem Sacerd. eſſe adiaphoron.

Th. I.

DEUS, qui in primordio mundi ipſi non ſolum formavit mulierem, ſer formatam etiam & ædificatam *Adamo* adduxit, *Geneſ. 2. verſ. 22.* primus ſuit paranymphus, proxeneta ac Sacerdos; qui Adæ adduxit, adductam copulavit, & copulatis benedixit: *creſcite & mltiplicamini. Geneſ. 1. verſ. 28.* D. Gerh. *tom. 7. locor. theolog. de Conjugio.* & iſta prima Conjugii a Deo ipſo Evam Adamo tradente profecta benedictio futuris animabus vere ſanctis Conjugibus regulam videtur omnino præſcripſiſſe, ut qui Conjugium initurus eſt, teſtibus cum Eccleſia Angelis, uxorem non tam ex Parentum, quam ex Dei ipſius, per os Miniſtri ſui loquentis, manu traditam accipiat quemadmodum id explanant Theodor. Beza *tr. d. repud. & divort. p. 5.* Dedekenn. *theſaur. Conſil. & Deciſ. Theol. vol. 3. lib. 4. n. 2.* ut proinde Ipſe Conjugii Autor diviniſſimo ſuo exemplo Nuptiis benedicendis viam Eccleſiæ quaſi monſtraverit D. Joach. Hildebrand. *tract. d. Nuptiis veter. Chriſtian.*

Th. II. In ECCLESIA ISRAELITICA Vet. Teſtam. ritum benedictionis Sacerdotalis in uſu fuiſſe colligunt Theologi ex *Pſalmo 128. v. 2.* ubi ad novum Maritum per apoſtrophen directam dicitur: Labores manuum tuarum manducabis, uxor tua ſicut vitis fructifera in lateribus domus tuæ, Luther. Du wirſt dich nehren deiner Hände Arbeit/ wol dir/ du haſts gut; Dein Weib wird ſeyn wie ein fruchtbarer Weinſtock um dein Hauß herum ꝛc. quem Pſalmum in novorum Conjugum ſolenni copulatione & conſecratione a Sacerdote recitatum fuiſſe probabiliter vult D. Gerhard. *d. l. cap. 9. §. 459.* dictus enim Pſalmus refertur inter Pſalmos graduum, qui ex eo ſic dicti a quibusdam judicantur, quod Sacerdotes in loco eminentiores ſtantes eos decantarint, v. g. hunc Pſalmum nuptiis celebrtauro.

Th. III. Tempore APOSTOLORUM in Nov. Teſt. uſitatam fuiſſe talem Benedictionem aſſerit Baronius *in Annal. Eccle-*

ſiaſt. qui *& tom. I. Annal. ad ann. Chriſt. 57. pag. mih. 594. num. 48.* ait: Eccleſia fidelium conciliat matrimonium, dum per Sacerdotem contrahentium mutuo elicito prius conſenſu, junguntur in unum illorum dextræ; quibus accedit oſculi ſancta libatio, atque velatio. Ad dictum ritum jungendi dexteras alludit & Gregorius Nazianzenus *epiſt. 57.* ſcribens, cum ad ejus filiæ invitatus nuptias, quod eſſet affectus ægritudine, ſe excuſans, hæc addit: animo & voluntate adſum, ſimulque feſtum celebro, juvenilesque dextras inter ſe jungo, atque utriusque Dei manui; quod enim junctis dextris ſtolam Sacerdotalem eorundem manus ſuperponere ſolet Sacerdos, id nempe eſt, quod ait Gregorius, *utrasque Dei manui jungo.* Hæc ſubſequitur benedictio, & verborum forma quædam, quæ perficit matrimonium; EVARISTUS, qui vixit anno Chriſti 97. ad Africanos hanc miſiſſe fertur epiſtolam: Aliter legitimum non ſit Conjugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam denominationem habere videntur, & quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus ac propinquioribus ſponſetur & a legibus dotetur, & ſuo tempore, *ſacerdotaliter* ut mos eſt, *cum precibus & oblationibus a Sacerdote benedicatur,* & a Paranymphis, ut conſvetudo docet, cuſtodita & conſociata, a proximis congruo tempore petita, legibus detur, ac ſolenniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant. Ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia: aliter vero præſumta, non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius quam legitima conjugia eſſe non dubitare, niſi voluntas propria ſuffragaverit, & vota ſuccurrerint legitima *cauſ. 30. quæſt. 5. can. aliter* SOTER Fundanus, Epiſcopus Romanus, imperante Antonino circa annum Chriſti 174. demum inſtituiſſe memoratur. Platina *in vita Soteri;* Soter, inquit, animum ad ſacra convertens inſtituit, *ne legitima haberetur uxor, niſi cui Sacerdos ex inſtituto benedixiſſet.* Hoc ideo conſtituit, ut pericula evitaret, quæ tum temporis in novas Nuptias ex præſtigiis cadere ſæpe ſolebant. Gratianus hoc decretum Evariſto tribuit. Utri competat, Lector arbitretur. TERTULLIANUS, qui vixit II. ſeculo Chriſti in fine, Helvic. in Chronolog. dicit, ſuo tempore eundem ritum obtinuiſſe; ſic *libr. d. Monogamia cap. 11.* Ut igitur in Domino nubas ſecundum Legem & Apoſtolum: *Conjungentes vos in Ec-*

cleſia

cleſia (Epiſcopus, Presbyteri, Diaconi) in Eccleſia virgine unius Chriſti unica Sponſa. Ex SECULO IV. Ambroſius affirmat Conjugium velamine Sacerdotali & *Benedictione* ſanctificari oportere *lib. 9. ep.* 70. Concilium Carthaginenſe IV. [habitum *anno Chriſti 398. Heldic. d. l.*] *can. 13.* ſanxit: Sponſus & Sponſa cum *benedicendi ſunt a Sacerdote*, a Parentibus, a paranymphis offerantur, qui cum *benedictionem acceperint*, eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis in Virginitate permaneant.

Th. IV. HODIE apud Chriſtianos ritus iſte ubivis locorum conſtanter, apud GERMANOS, Hahn *in obſerv. theor. practic. ad Weſenb. d. rit. nupt. n 5.* Carpz. *Jurisprud. forenſ. 11. 3. conſt. 14. def. 12.* Aux Eſtats de Blois 1579. *livv. 5. tit. 2. l. 2. pr.* GALLOS *Lud.* Choronda, *in memorab.* HISPANOS Perez *in prælect. ad tit. Cod. d. nupt.* FRISIOS Joh. a Sande *in Deciſ. Friſi lib. 2. tit. 1. def. 1.* SVECOS Joh. Loccen. *in Synopſ. Jur. ad leg. Svevic.* BOHEMOS & POLONOS Cromer. *lib. 7. rer. Polon.* imo in diſſitis locis obſervatur; Apud GRÆCOS, teſtatur Critopulus *in Confeſſ. Catholic. & Apoſtolic. in Orient. Eccleſ. cap. 12.* ABISSINOS Franciſc. Alvarez *in itinerar.* RUSSOS Olearius *in itinerario Moſcovico, Perſico lib. 3. cap. 8.* ARMENIOS Idem *lib. 4. Hiſtor. cap. 40.*

Th. V. Apud JUDÆOS hodienum ſolennitas Nuptiarum, teſte Joh. Buxtorff. *d. Sponſalibus & divortiis theſ. 69.* publice coram Eccleſia, obſervatur & iterum, cum ſolennis benedictionis formula eſt conſecranda; cujus rei rationem hanc reddit Maimonides *part. 3. cap. 3. cap. 49.* Si, *inquit*, ſufficeret privatim illud facere, multi reperirentur, qui meretricem ad aliquod tempus in ædes ſuas introducerent, ac dicerent, illam Uxorem ſuam eſſe. Propterea conſtitutum eſt, ut poſteaquam Vir per ſponſalia aliquam ſibi deſponſarit, nuptiæ poſtea publice celebrentur, exempla Boaſi, de quo legitur; & accepit Boas decem viros &c. *Ruth. 4. verſ. 2.*

Th. VI. Quæritur autem, *An Copulatio ſeu Benedictio Sacerdotalis obſolute ſit neceſſaria, ſeu de Eſſentia matrimonii?* Quamvis in utramque partem varie, nec absque prægnantibus rationibus diſputetur, adſtipulamur tamen iis, qui volunt Benedictionem Sacerdotalem eſſe ſaltem ſolennitatem quandam Eccleſiaſticam, quæ poſſit adeſſe & abeſſe ſalva matrimonii ſubſtantia, hoc eſt, Matrimonium ipſum in ſe conſideratum, cujus forma eſſentialis

con-

conſiſtit in arctiſſima & indiſſolubili unius maris & unius fœminæ legitime contrahentis conjunctione conſtare poſſe, quamvis benedictio præciſe non accedat, ita tamen, ut Conſecratio Eccleſiaſtica & feſtivitatis nuptialis celebratio recte ſtatuatur forma accidentalis; quæ cum eſſentiam rei non conſtituas, ideo ſtricte loquendo forma non eſt, ſed duntaxat externum adjunctum, D. Joh. Gerhard. *tom. 7. locor. theolog. loc.* d. *Conjugio pag. 91.* §. 47. vid. Simon d' olive *d. actionib. forenſ 13. p. 668* Neceſſariam ergo dicimus non neceſſitate quadam abſoluta, ſed hypothetica, h. e. ex inſtitutione divina *præceptive* eam *non* deſcendere, & ad ipſam rei naturam non pertinere; ſed eſſe neceſſariam humana aliqua conſtitutione, & publicæ utilitatis & honeſtatis intuitu introductam. Hinc Donellus JCtus *lib. 3. commentar. c. 20.* ait: Si Statutum aliquod in aliquo loco de conſecratione Eccleſiaſtica novorum Conjugum vigeat, præciſe illud ſervari debere: Si vero nihil conſtitutum, omittendam quidem ſolennitatem deductionis in templum non eſſe, niſi juſta cauſa vel neceſſitas urgeat. Diſtingvunt alii inter rem ipſam & publicum rei teſtimonium D. Gerhard. *cit. loc.* ut benedictio Sacerdotalis novorum Conjugum non requiratur ad rei ipſius, Conjugii ſcilicet, eſſentiam, ſed ad publicum nuptiarum legitimè, & non clanculum contractarum per Hierologiam quaſi publicetur, & in externam componatur perfectionem; Idem eſt quod Dn. Michael Haveman in Ducat. Brem. & Verdenſ. Superint. Gener. *tract. d. Jure Connubiorum lib. 2. tit. 11.* habet, ſc. Reſpectu illius declarationis Sacerdotalem benedictionem neceſſariam poſſe appellari non ut formam, ſed ut cauſam efficientem proximam; non ex natura Conjugii, nec ex mandato divino, ſed ex Conſtitutione Eccleſiaſtica & Civili, intuitu honeſtatis publica introductam, addit *n. 3.* In foro Conſcientiæ & coram Deo, ratum eſſe matrimonium, legitimo & matrimonali conſenſu utriusque partis initum, quamvis benedictio Sacerdotalis non acceſſerit. At in foro exteriori, coram populo Chriſtano, ipſam εὐταξίαν, publicumque decorum magni æſtimante, vix ratum cenſeri matrimonium, Sacerdotali benedictione deſtitutum. Perez *ad Codic. tit. d. nuptiis n. 12.* ſcribit: Solennitatem illam ad honeſtem, non ad neceſſitatem pertinere, & licet matrimonium ſine eâ contrahi non debeat, ſine eâ tamen contractum

ſubſi-

ſubſiſtere. Res omnis tandem huc evadit, Nuptias conſenſu matrimoniali declarato eſſe perfectas, antequam autem benedictio Sacerdotalis acceſſerit, non dici conſummatas; & Hierologiam non matrimonium ipſum, ſed matrimonium Chriſtianum & benedictum efficere. Eleganter hanc in rem faciunt ea, quæ Summè Reverendus D. Joachimus Hildebrandus *in eleganti libr. de Nuptiis Veterum Chriſtianorum* diſſerens, Neque verò, *ait*, ſive Eccleſiæ decreta ſive Imperatorum Edicta eo rigori ſumi debent, quaſi ἡ ἱερολογία, quam Græci, ſive Copula Sacerdotalis, quam Latini appellant, ſit de Eſſentia Nuptiarum vel Pars matrimonii conſtitutiva. Minimè! Neque de Jure Divino poſitivo, neque de Jure Naturæ, neque de Jure Gentium, neque de priſco Jure Civili communi Copula Sacerdotalis eſt Eſſentialis matrimonio ut ſic, vel abſolute. Non ſanè de *Jure Divino*, cùm in tota ſacra Scriptura Vet. & Nov. Teſtamenti nuſpiam expreſſum Dei mandatum de Candidatis Matrimonii à Sacerdote in templo benedicendis exſtet, etſi *veſtigia* ſacræ hujus copulæ in Codice θεοπνεύστῳ reperiri conceſſerim. Neque de *Jure Naturæ*, nam ut rectè definit ex lumine rationis ſummus Ariſtoteles, κοινωνία γαμικὴ ἐστι σύζευξις τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς φυσικὴ καὶ ἀχώριστος ἀπὸ τοῦ θεοῦ, τῆς τεκνοποιίας καὶ συνεργίας ἕνεκα 1. *Polit. cap.* 3. aliàs definitur legitimus conſenſus legitimarum perſonarum in indiſſolubilem vitæ conſvetudinem verbis externis legitimè expreſſus. Neutra definitio τὴν ἱερολογίαν complectitur. Non de *Jure Gentium*, quia inter Infideles, Paganos, Turcas, Judeos vera & integra, uti olim fuere, ſic adhuc ſunt matrimonia, quæ ipſe Apoſtolus *non dirimenda* ſtatuit 1. *Cor.* 7. *v.* 12. Sed nemo Infidelium ducturus uxorem ab Eccleſia ſive nunc ſive olim benedictionem Sacerdotalem petiit. De eſſentia igitur veri & formalis matrimonii τὴν ἱερολογίαν Gentes extra Eccleſiam non agnoſcunt. Nec denique eſſentialis illa eſt de veteri *Jure Civili Romano*, ſiquidem Juſtiniano *in princ. Inſtit. de patr. poteſt.* Matrimonium definitur *viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens*, nulla Copulæ Sacerdotalis mentione factâ. Huic ſententiæ calculum ſuum addunt ex *Theologis* præter laudatos Gerhard. Haveman. Hildebrand. *cit. locis.* Dnn. Roſtochienſes apud Dedekenn. *Conſil. Theol. part.* 3. *lib.* 2. *d. Sponſalib. ſect.* 1. *num.* 41. ibi: Alſo iſt auch die

 bene-

benedictio Sacerdotalis nur ein euſerliches von der Kirchen geordnetes Mittelding/welches zur Eſſenz und Weſen der Ehe für ſich nicht gehöret/ ſondern darumb billig in viridi obſervantia wird gehalten/daß ein teglicher/mit dem ſie umbgehen/ wiſſen möge/ dieſe beyde copulirte Perſonen ſeyn rechte Eheleute/die nach Gottes Ordnung und Willen in den Stand der heiligen Ehe getreten/ Dnn. Lipſienſes apud Dedek. *cit. loc. n.41.* ibi: Welche (benedictio Sacerdot.) ob ſie wohl nicht ſimpliciter ad eſſe, jedoch ad bene eſſe matrimonii & ejus confirmationem hoch vonnöthen iſt/ Beza *d. divortiis p. 7. 63. & 98.* ex *Jure conſultis* Dnn. Helmſtadienſes apud Hahn. *ad Weſ. d. rit. nupt. n.5.* ib. Alldieweil jedoch ſothane Ufbietung und Copulation der Ehegatten nur ex ordinatione aliqua humana hinzu gethan/und alſo nach göttlichen Rechten die Eheliche Beywohnung auch ohne dieſelbe beſtändig/Magnific. D. Struve *Jur. Civil. exerc. 10. theſ. 16. exerc. 29. th. 26. exerc. 38. th. 22. ſyntagm. feudal. cap. 9. aphor. 3. n. 13.* D. Strauch. *Diſſert. 11. th. 21.* Carpz. *Juriſpr. for. p. 3. c. 14. def. 12.* Panormitan. *ad cap. 2. X. d. clandeſtin. ſponſal.* Petr. Greg. Tholoſan. *Synt. lib. 9. c. 5. n. 1.* Duaren. *in commentar. ff. ſolut. matrim. in prolegom. c. 2.* Cothman. *vol. 1. & 2. conſ. 78. n. 5. & ſeq.* Kling *in tract. d. matrim. cap. d. inutilib. nupt.* Ludvvell. *exercit. 2. theſ 5. lit. A.* Ludov. Charond. *in memor. verb. infans.* Perez *ad tit. C. de Nupt.* Hahnius *ad paratitl.* Weſenb. *d. Sponſalib.* Ungebatur. *exerc. Juſtin. 3. qu. 5.* D. Eichelius *Diſſert. d. commune bono inter Conjug. th. 33.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 83. num. 8.* Mevius *deciſion. part. 2. deciſ. 81.* Franzkius *exercit. 2. qu. 7.* Hieron. Schürff. *p. 1. conſil.* 1. Keinking. in der Bibliſchen Policey *lib. 3. axiom. 18.* Andr. Gerherd. *dec. 2. qv. 2.* Decius *conſ. 163. & conſ. 603. n. 5.* Claſen *de Jure legitimation. in proœm.* D. Bökelman. *in delibatis Jur. medit. 4. axim. 1. p. 40.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 4. cap. 1. n. 11.* D. Mollenbeck. *Diviſ. Juridic. centur. 2. div. 41. lit. c. n. 6. diviſ. 44. addit. 3.* Bocer. *claſſ. 1. diſp. 19. th. 68. lit. C.* Helfr. Ulr. Hunn. *Colleg. Inſtit. diſp. 2. th. 51. & d. Jure connubior. th. 90.* Suthold. *diſſ. 2. coroll. 7.*

Th. VII. CONTRARIUM aſſerunt nonnulli ex Canoniſtis, nec non Theologis Pontificiis, eo quod Matrimonium ſtatuunt *Sacramentum*, quod eſſe nequit, niſi eccleſiaſtica illa benedictio & conſecratio accedat, Gropp. *in Enchirid. Chriſtian. Inſtit. in tr. d.*

Sacra-

Sacram. matr. Verum quod matrimonium dici nequeat Sacramentum Novi Teſtamenti & ſolius Eccleſiæ, exinde patet, quod fuerit ab initio mundi, & apud Infideles adhuc permaneat; Matrimonia, enim SS. Patrum in Veteri Teſtamento non minus erant ſancta, quam noſtra, & Infidelium non minus vera ſunt Matrimonia, quam fidelium: nec tamen hæc, adverſariorum confeſſione, ſunt Sacramenta; deinde apud fideles ſunt quoque impii Conjuges, quibusvis gentibus pejores, itaque ibi matrimonium non debet dici Sacramentum, Hunnius *ad Treutler. vol. poſter. diſp. 4. th. 7. n. 58.* Wiſſenbach *ad jus civil. diſput. 44. theſ. 11.* Gerhard. *cit. loc.* Ex *JCtis* volunt Henning. Rennem. *in Jurispr. Roman. German. d. jure perſonar. diſp 41. theſ. 55.* Carpz. *in Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. def. 66. n. 10. & ſeq.* D. Eckolt *ad ff. tit. de Sponſal.* ibi: *De Jure Canonico Conſvetudinario illud exinde verificatur, quod de neutro prius validum & firmum cenſetur matrimonium, quàm ſi per miniſtrum verbi divini publice denunciatum, nec non coram facie Eccleſiæ mutua repromiſſione fides conjugalis ab utroque nubentium ſponſa fuerit. Verus itaque conſenſus matrimonialis ſeu Conjugalis, qui ſcilicet involvit individuam vitæ conſvetudinem, & conſtituit affectum maritalem, matrimoniumque facit, in illa demum Sacerdotali benedictione intercedit; ille autem, qui præcedit, ſponſalitius tantum eſt & non matrimonium, ſed ſponſalia facit.* Verum heic præjudicialis decidenta venit quæſtio, *Utrum Sponſalia de præſenti ſint verum matrimonium?* quod *negat* Eckolt. c. l. Carpz. *in Jurispr. Conſiſtorial. lib. 2. tit. 8. d. 130. n. 7.* Harprecht. *ad rubric. Inſtitut. de nupt. n. 177.* D. Lauterbach. *d. arrha theſ. 145.* contra vero *affirmant* Magnific. D. Struve *Syntagm. Jurisprud. exerc. 29. theſ. 10.* Ant. Gabriel. *tom. 3. comm. opin. tr. d. ſecund. nupt. concl. 9. n. 13. & ſeq.* bened. Ægid. *privileg. honeſt. art. 3. num. 26.* Thom. Sanchez. *d. matrim. l 7. d. 88. n. 6.* Boer. *deciſ. 266.* Afflict. *dec. 357.* Brunnemann *in comment. ad l. 1. Codic. de Sponſalib.* Beuſt. *d. ſponſal. c. 7.* Guttirez. *de matrimon. c. 1. n. 8.* Covarr. *p. 1. de ſponſal. c. 1. n. 6.* Hilliger. *in Donell. lib. 13. c. 18. lit. D.* Mokius. *in tr. d. ſponſalib. cap. 2. th. 6. circ. fin.* Bachovius ad Weſenbec. *d. ſponſalib. n. 3. & d. nupt. n. 2.* Bechſtadt. *collat. jur. connub. p. 2. c. 1. num. 9. & ſeqq.* Beſold. theſaur. practic. voc. Ehegelöbnüs Beuſt. *de matrim. part. 1. c. 7. in fin.* Sehneidewin. *ad tit. Inſt. d. nupt. part. 1. n. 31. & ſeqq.* idque arg. *30. d. Reg. Jur. l. 32. §. 13. d. donation. int. vir. & uxor.*

xor. cap. fin. de Reſponſ. impuber. cap penult. X. d. ſponſal. cap. 37. cauſ. 27. qu. 2. NEQVE antea dictis obſtat, quod olim Romæ deductio ſponſæ in domum ſponſi neceſſaria & de eſſentia fuerit matrimonii *l. 15. ff. d. condit. & demonſtr.* & *l. 5. ff. de ritu nuptiar.* ibi: *deductione enim opus eſſe mariti, non in uxoris domum, quaſi in domicilium matrimonii l. 6. C. d. donat. aut nupt.* ibi: *ſi in tua domo donum acceptum eſt, ante nuptias videtur facta eſſe donatio; quod ſi penes ſe dedit ſponſus, retrahi poſſit, uxor enim fuiſti.* RESPONDENDUR, ex dictis legibus non poſſe inferri, deductionem in domum eſſe de ſubſtantia matrimonii, ſed hoc bene, quod ſit de *conſummatione* ejusdem; Gloſſa ad *d. l. 5. d. ritu nuptiar.* notat, ad Conjugium opus eſſe deductione in domum, ut ſufficiens ſit nuptiarum teſtimonium: idem eſt judicium de conſecratione eccleſiaſtica, quæ requiritur, ut publicum, nuptiarum legitime & non clanculum contractarum ſit teſtimonium; quod & nos concedimus. Diſtinctionem & mediam ſententiam affert Simon d'olive *part. 3. action. forenſ. 13. p. 657. & 659.* quod ſcil. Sponſalia de præſenti conſtituant quidem matrimonium verum, ſed non ſolenne & docorum. vid. D. VVern. Joh. Uffelmann. *Lectiones Rittershuſianas ſ. obſervat. ad Rittershuſ. tractat. de differentiis Juris Civil. & Canon.*

Th. VIII. Concedere autem facile poſſumus, iis in locis, ubi ſpeciali lege ſancitum eſt, ut matrimonio accedat benedictio Sacerdotalis; & ſub *clauſulo caſſatoria* iſta eſt injuncta, Neceſſariam eam eſſe; quemadmodum alias actus in ſe & ſua eſſentia ſeu jure gentium absque ſolennitate de plano expediri poſſunt ac ſubſiſtunt, poſtmodum vero accedente juris civilis diſpoſitione non valent, niſi omnia omnino ſolennia adhibuantur. Sic jure cum primis Saxonico ſola deſponſatione ante Sacerdotalem benedictionem perfectum matrimonium non eſt, pront probatur verbis expreſſis Conſtitutionis Auguſti Elector 34. *part. 2.* ibi: Daß von Zeit vollzogenen Ehe / und alſo / wann der Kirchgang geſchehen &c. quod repetitur in der Churfürſtl. Sächſ. Neu. Proc. und Ger. Ordn. *tit.* von den Gläubigern 43. §. Welch der Weiber-Recht / vermöge gedachter Conſtitution, von der Zeit der vollzogenen Ehe / und weñ der Kirchgang oder Copulation geſchehen / ſeinen Anfang gewinnet / Carpz. *part. 1. practic. crimin. quæſt. 22. n. 35.* ut ad honeſta Collegia contra præcepta legum cohabitantes

non

non admittantur, atque eum in modum Conſiſtorium Electorale anno 1616. d. 24. *Martii* reſpondit: Ob nun wohl vorerwehnter Martin Z. mit eurer Tochter etliche Jahrlang ſich als Eheleute begangen/dafür einander gehalten/ auch Kinder miteinander gezeuget/ dieweil aber gleichwohl/ eurem Bericht nach/ Er weder mit derſelben getrauet/ noch Hochzeit jemahls gehalten/ und gleichwohl allein durch die Prieſterl. Copulation und Einſegnung die Ehe vollzogen wird/ und ohne derſelben keine Eheliche Beywohnung vor eine rechtmäßige Ehe zu halten; So kan dahero noch zur Zeit euer Eydam vor keinen ehrlichen Ehemann noch eure Tochter vor ſein Eheweib geachtet und genennet werden/ ſondern ſie ſeynd die Ehe nochmahls durch Prieſterliche Copulation zu vollziehen ſchuldig/ V. R. W. D. Joh. Philippi *in uſu practic. Inſtit. lib. 1. ecclog. 61. in fin.* atque huic ſententiæ ſubſcribit. D. Joh. Helvic. Sinold. *cognom.* Schut. *Colleg. Pandect. Public. exerc. 18. de jure connubior. th. 16.*

Th. IX. Quibus præmiſſis facile reſponderi poterit ad quæſtionem, an *Sponſus & Sponſa ſi ante benedictionem Sacerdotalem concubuerint, & Sponſa gravida facta Sponſus diem ſuum obierit, partus natus ſit legitimus, & per conſequens patri ſuccedat?* Scilicet, quoniam ex matrimonio eſſentialiter perfecto eſt ſuſceptus, legitimus erit, de quibus David *Mevius part. 2. deciſ. 81.* ait: quemadmodum liberi, qui ex deſponſatorum coitu naſcuntur, ſi non ſubſequitur benedictio Sacerdotalis, quia antea altera pars vel moritur, vel auffugit, non eo minus legitimi ſunt, ita & qui ex ſolutis procreantur, quando hi poſtea ſponſalia de præſenti contrahunt, non poſſunt non cenſeri legitimati cum verum ſit & ſubeatur matrimonium ubi *n. 4.* addit; Ita JCtos & Theologos poſt introductam copulationis in Eccleſiæ conſpectu faciendæ neceſſitatem in multis caſibus, præſertim in favorem liberorum, & ad evitandum ſcandalum pœnamq; in favorem conjugum ſtatuere. Iſta recepta non ſunt ſublati effectus, quos ex jure civili antea Conſenſus matrimonialis habuit; & intermiſſio benedictionis delictum parentum eſt, non vero partus vitium, cum & poſt clandeſtina Sponſalia genitus partus ſit legitimus *c. 2. X. d. clandeſt. deſponſ.* ac de Friſiæ & Galliæ moribus teſtatur Joh. a Sande *lib. 2. tit. 1. def. 1.* Id, ait, facit ad interpretationem placiti Friſici *l. 1. ord. tit. 1. §. 11.* quo omnes *Matri-*

monium contrahentes jubentur poſt trinam promulgationem, tribus diebus Dominicis in Eccleſia factam, illud ſolenniter coram Eccleſia confirmare; quæ ſolenniſatio ſi facta non ſit, non idcirca Matrimonium pronunciatur irritum, ſed facientes tantum mulctantur pecunia. & ita judicatum refert anno 1614. Beſold. *theſ. practic. lib. B. n. 49.* D. Brunnemann. *cert. 4. deciſ. 47.* Quanquam a nonnullis DD. matrimonium præſumptum dari negetur, tandem tamen omnes in eo convenire neceſſe habent, in favorem liberorum, ne illi illegitimi maneant, diuturnam cohabitationem pro matrimonio haberi vid. Bach. ad Weſenbec. *ff. d. ritu nuptiar.* Covarruv. *d. Sponſal. part. 2. c. 8. §. 7.* ita in Collegio Dnn. JCtorum Jenenſium anno 1631. ad quæſtionem Hermanni Sturms reſponſum fuit: Als ihr uns berichtet/ welcher Geſtalt ein junger Geſell/ ſo weder Vater noch Mutter gehabt/ ſondern ſeines Willens gelebet/ mit Nahmen Sempronius, ſich mit eines ehrlichen vornehmen Mañes hinterlaſſener Wittib Magdalena in ein heimliches Eheverlöbnüs eingelaſſen/ und ihr darauf einen güldenen Ring/ und ſie Ihme hinwiederum einem zum Mahlſchatz gegeben. Es hätte ſich aber zugetragen/ daß gedachte beyde Perſonẽ/ ſo gegẽ einander in Liebesflammen hefftig entzündet/ ſich zu einander gefunden/ und der Liebe gepflogen/ alſo daß binnen drey Viertel-Jahrs die Magdalena ein Kind auf die Welt gebohren/ nach geſchehener Beſchwängerung ſey mehrerwehnter Sempronius in ſein Vaterland/ mit dem Verlaß/ daß er allda ſeine liegende Güter verkauffen/ das Geld zu der Magdalenen wenden/ und nach verrichteten Sachen mit eheſten wieder zu ihr begeben/ und ſich mit ihr trauen laßen wolte/ gezogen. Da aber ſeine Sachen faſt zum Ende bracht/ und er ſich zur Reiſe geſchickt gemacht/ wäre er in plötzliche Kranckheit gefallen/ daß er in wenig Tagen darüber Todes verfahren müßen/ alles eurem Bericht nach mit mehrern. Wann Ihr euch denn über angeheffte Frage des Rechts zu lehren gebehten/ demnach ſprechen W. V. R. Wofern es demſelben allenthalben nach Bewand/ und ihr könnet ſolches darthun und erweiſen/ ſa haben ſich zwar die Verlöbte durch Beyſchlaffen vor der Trauung wider Weltlicher Obrigkeit Landes/ oder Kirchen-Ordnung verſündiget/ und iſt daher die noch lebende Magdalena deswegen ſolcher Ordnung nach/ und wie es des Orts Herkom̃en/ oder ſonſten nach Beſchaffenheit und Umſtänden dieſes

ſes

ſes Falls zu beſtraffen. So viel aber das Kind und die Ehe an ihr ſelbſt und dero Wirckung anlanget/weil vermöge unſerer Käyſerlichen Rechte/denen dißfalls GOttes Wort und das natürliche Recht gantz nicht zu wider/ſondern allerſeits gleichſtimmig die Ehe-Schlüß-und Verſprechung/ oder die Ehe ſelbſten auf Braut und Bräutigams/oder der verlobenden Perſon/ da Sie ihrer mächtig / Conſens allein / als dem Hauptſtück/ keines Weges aber auf der Priſterlichen Trau-Eheſtifft-oder auch Heimführung beſtehet und beruhet/So iſt auch aus denen angezogen und andern unſern wichtigen Gründen / ſolch Eheverſprechen und erfolgtes Beywohnen ſo weit eine kräfftige Ehe/daß das Kind vor Ehelich zu achten und zu halten/und dahero des Vaters Verlaſſenſchafft auf daſſelbe Erben gangs weiſe gefallen/V. R. W. add. Matth. Weſenb. *d. ſponſal. n. 5.* Arniſæus *de Jure Conubior c. 3. Sect. 12.* Carpz. *p. 3. conſt. 14. def. 12.* D. Richter *d. Succeſſ. Sect. 1. memb. 3. n. 10.* D. Joh. Titius in den erörterten *Succeſſion* und Erbfällen *caſ. 23.* D. Samuel Strickius *d. Succeſſion. & inteſt cap. 2. art. 1. § 34.* Hartm. Piſtor. *obſerv. pract. 83* Uude de eo, quod Non nemo *in diſſertat. de Jure legitimandi theſ. 24* aſſerit, in locis ubi benedictio neceſſaria eſt benedict. Sacerdotalem conditionis, *ſine qua* matrimonium *non* cenſeri. vicem induere, ſicque etiam liberos ante ejus acceſſionem procreatos non eſſe legitimos, & tales demum per legitimationem fieri, facile fieri poterit Judicium, ſcil. tales liberos legitimationis objectum non conſtituere; licet enim in locis iſtis Hierologia *præciſe* requiratur, manet tamen liberorum favor; Sic D. Philippi in Uſu Practic. Inſtitut. *lib. 1. ecclog. 61. n. 13.* infert: *quia hujusmodi veſanæ & vetitæ libidines & a brutorum congresſibus vix diſcreti concubitus hodie plus nimium frequentantur, frenum iisdem ponere modernus noſter Elector DN. JOH. GEORG. III. voluit, & noviſſime conſtituit, ut liberi quidem ex commixtione Spoſorum ante Hierologiam, ſi modo Sponſalia ſint publica, nec alio quodam vitio intrinſeco laborent, procreati, pro legitimis habeantur, & ad ſucceſſionem Paternorum bonorum, caſu ita exiſtente, admittendi* &c.

Th. 10. Ex hiſce dictis nemo concludet Adiaphoron hodie eſſe vel in differens, an velit quis adhibere benedictionem Sacerdotalem; nec ne; imo ea non adhibita Matrimonium *illegitimum* eſſe *ratione ſolennitatis* ab Eccleſia præſcriptæ, ita ut omittentes peccent

contra

contra publicam honeſtatem & Ordinationes Eccleſiaſticas, & tale matrimonium ſua macula non careat; ſicque præter pœnam ad omiſſam benedictionem Sacerdotalem denuo adhibendam cogi poſſint, vid. infra *Sect. V. de fine*, add. Magnif. D. Struve *exercit. 39. theſ. 26.* D. Ziegler. *ad Inſtit. Jur. Canon. Lancellot. lib. 2. tit. 12. §. 11.* D. Linck. *diſcurſ. de matrimonio lege Salica contract. cap. 3. n. 3.* vel uti D. Bökelman. *in diverſ. jur. them. medit. 4. axiom. 3.* ait: Alia eſt conſuetudo & ſtatutum pium hunc ritum honeſtum adhibendi; alia omiſſo hoc matrimonium irritum, illegitimum, nullum pronunciandi, & quamvis *Principes* ſoluti ſint legibus, tutius tamen agunt, ac conſulunt conſcientiæ, ſi legibus viventes juxta §. 8. *Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* & *l. 4. C. de legit.* ea, quæ ab Eccleſia bene poſita ſunt, ipſimet obſervent, D. Linck. *d. l.*

SECTIO II.

Quinam poſſint copulare.

SUMMARIA.

I. *Sacerdos vi ordinis benedicit. In caſu neceſſitatis ab Auguſtanæ Confeſſioni addictis adhiberi poteſt Miniſter, qui Eccleſiæ Romanæ vel Calvinianæ religionem profitetur, ſumpto argumento a majori ad minus. ſcil. Infantes noſtros poſſe offerri Miniſtris ad ptizandum, qui in Religionis negotio à nobis diffident. Diſtingvendo tamen inter ſtatum Eccleſiæ liberum & preſſum.* II. *Sacerdos tamen non indifferenter quosvis peregre advenientes admittat.* III. *Si caſus difficiliores obveniant, quibus ſe Paſtor extricare haud valeat, ad Superintendentem vel Conſiſtorium rem cum circumſtantiis deferat indeque deciſum expectet.*

Th. I.

SACERDOS novos Sponſos copulat vigore ſeu jure Ordinis. *diſt. 1. c. Jacobus d. conſecratione.* D. Hildebrand. *in diſſert. de Jurib. Epiſcopal. th. 8.* Laur. *d. jure Epiſcopal. th. 17.* Atque in caſu neceſſitatis ab Auguſtanæ Confeſſione addictis adhiberi poteſt *M*iniſter, qui Romanam vel Calvinianam religionem profitetur, ſumto argumento à majori ad minus, quoniam Infantes noſtros ad baptizandum, bona cum conſcientia, poſſe offerri *M*iniſtris, qui in Religionis negotio à nobis diffident,

dent, concedunt Theologi. Diſtingvendo tamen inter ſtatum Eccleſiæ liberum & preſſum. *Liberum* vocant eum, quando noſtræ religionis homines poteſtatem habent, libere utendi operæ Miniſtri Lutherani, cujuscunque, ſive in loco, quem incolent, præſentis, ſive aliunde accerſendi, ſive in vicinia inveniendi & impetrandi? Hi miniſtros, a ſua religione alienos, nequaquam adhibento; *Preſſum* autem Eccleſiæ ſtatum eum nominant, quando in loco, quo infans naſcitur, neque publicum orthodoxias viget miniſterium; neque poteſtas conceditur, aliunde orthodoxum miniſtrum accerſendi, vel alio, cum infante ſuo, ad ipſum ſe conferendi: neque Parentibus & familiæ eorum, imò ne Vicinis quidem, in quibus veræ Religionis aliquid adhuc ſupereſt, adeoque his omnibus, non ſine manifeſto vel vitæ, vel emigrationis diſcrimine, permittitur, ut ipſi hoc munus obeant, & infanti baptiſmum impertiant: atque tunc ſatius eſſe exiſtimamus, ſi Calviniano vel Pontificio Miniſtro, quippe ſubſtantialia hujus Sacramenti adhuc integra retinentibus, infans baptizandus tradatur, eum tam ſalutari lavacro non defraudari, prout eximis Theologus D. Georg. Kœnig *in Caſib. Conſcient. ex inſtit. S. baptiſm. caſ. 10.* verbis expreſſis tradit; quæ omnia ſuo modo ad præſentem caſum eo magis applicari poſſunt; quorſum collimat Judicium Conſiſtorii Studgard. in quæſtione: Ob ein Evangeliſcher an einem Päpſtlichen Orte ihm möge die Ehe machen laſſen/ durch einen Meß-Pfaffen? & quidem bona conſcientia. Circumſtantiæ in hoc caſu fuerunt hæ: Der Schweher ſitzt im Pabſtthum Maynß: wurde ihm und andern Evangeliſchen van Adel daſelbſt nicht zugelaſſen/ einen Evangeliſchen Prædicanten dahin zu fordern: müſſen ihnen ihre Ehe durch einen Meßpfaffen machen laſſen. Reſponſum eſt: Demnach mit ſuppliciren bey Maynß keine diſpenſatio zu erhalten: Auch allbereit die Gäſte geladen/ und tempus nuptiarum nunmehro nicht commode zu ändern/ möge er ihm die Ehe durch einen Meßprieſter machen laſſen mit denen conditionibus: Si conſtet, daß der Meßprieſter unſere Religion in der Predigt würde incalumniret laſſen und halten/ 2. wenn er alle Päpſtiſche ceremonias würde unterlaſſen/ 3. nihil intentatum relinquat, ob es möchte anders angeſtellet werden/ und ob nicht näher an einen Evangeliſchen Ort gezogen/ und die conſecration daſelbſt erholet werden/ da aber alles diß nicht ſtatt/ möch-

te ers geſchehen laſſen/ daß die Einſegnung durch den Meßprieſter fürgienge/ und iſt dieſes deſto leichter bewilliget worden. (1.) Es ſoll ein Meßpfaff ſeyn/ der ſehr gutherzig/ qui vivit in matrimonio, der Lutheriſche Pſalmen ſingt/ & communiter judicat, deß er mehr Lutheriſch denn Päpſtiſch. (2.) accedit hæc racio, qui privatus etiam quispiam poſſit confirmare matrimonium, (3.) Idem ſentiunt Symmerenſes Theologi hoc nomine auditi quaſi Evangelici non offenduntur: Denn es communiter daſelbſten alſo gehalten wird/ (4.) Contractus matrimonii politicus magis eſt, quam Ecclaſiaſticus. (5.) Si hoc non liceret, ſo dürffte auch ein Evangeliſcher Chriſt bona conſcienta in keine Päpſtiſche Kirchen kommen oder dercon-ſecration beywohnen. add. Pruckner. *qq. ill. cent. 8. qu. 81.*

Th. II. Sacerdoti pro cautela ſit, ne quosvis indifferenter admittat, neque extraneos, qui extra Parochiam ipſius ſunt, copulet, id quod jubet Churf. Sächſ. Ehe-Ordn. *tit.* von Copulation und Hochzeiten; kein Pfarrer ſoll auch einige fremde Leute / ſo nicht in ſeine Pfarr gehörig/ copuliren/ oder zuſammen geben/ in Anſehung/ daß viel und offtmals allerley Unrichtigkeit hieraus erfolget/ imprimis careat, ne peregre advenientes & ignotos, antequam a Magiſtratu vel Paſtore loci, ubi vixit copulandus, offerant, copulet, ſin ſecus faciat, pœna vel pecuniaria vel ſuſpenſionis dignus erit, quemadmodum Dnn, Lipſienſes Theologi apud Dedekenn. *conſil. theol. p. 3. lib. 2. deſponſal. Sect. 1. n. 41.* in caſu ubi Paſtor alicujus loci juvenem ignotum advenientem cum imprægnata in cujus matrimonium non conſenſerant Parentes, copulaverat, & diſſolverat, reſponderunt, Fürnemlich aber iſt des Prieſters Leichtfertigkeit auch zu ſtraffen/ der iſt bald copuliret, bald diſſolviret hat/ und alſo mit dem Eheſegen geſpielet/ und ſein Ambt dehoneſtiret.

Th. III. Si caſus difficiliores obveniant, quibus ſe Paſtor extricare haud valeat, ad Superintendentem vel Conſiſtorium rem cum circumſtantiis deferat, indeque deciſum expectet; nequa audeat propria authoritate qui concedere, aut facultatem dare Sponſis conſummandi matrimonii, atque ſic quaſi diſpenſare; Si neglexerit horum quicquam, a mulcta Paſtor immunis non erit, quippe qui officio ſuo non recte præfuit, *arg. l. 19. ſub fin. C. d. teſtib.* unde ſi Miniſter Eccleſiæ deneget copulationem, intelligens impedimentum adeſſe, quo minus conſummatio matrimonii poſſet fieri, non

habent

habent contra Paſtorem quod conquerantur, uti Conſiſtorium Supremum Dresdenſe teſte Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſtor. tit. 5. d. 71. n. 14.* reſcripſit Habt ihr euch mit Annen T. in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen/und einen gewiſſen Tag zur Hochzeit angeſetzet. Als ihr aber zuvor euch auf bieten laſſen wollen/hat der Pfarrer des Orts in Erkundigung ſo viel befunden &c. deswegen er ſich des Aufgebots verweigert/weniger die Copulation thun wollen; So habt ihr euch deswegen wieder bemelten Pfarrer nichts zu beſchweren/ſondern er hat dißfalls ſein Ampt in acht genommen/und was ihn zu thun gebühret/verrichtet/V. R. W.

SECTIO III.

Quæ Perſonæ copulari poſſint.

SUMMARIA.

I. *Inter quos matrimonium eſſe poſſet, benedictione Sacerdotali poſſint conjungi; ſc. Mas & fœmina, non fœmina; Num Polygamia jure naturali ſit illicita? remisſive. II. In primitiva Eccleſia novi Sponſi Sacerdotibus præſentari & de fide ac moribus examinari ſolebant. Quid Genevæ obtineat. Conſtitutio Saxonica Electoralis allegatur. III. An Privignus cum Vitrici ſorore copulari poſſit? Affirm. IV. An Patrinus ſeu Suſceptor cum ſuſcepta ex ſacro baptiſmate copulari poſſit? Neg. de jure civili, nec non de jure Canonico, &* Landrecht. *Affirmat: quod morem in Eccleſiis noſtris receptum. V. Num Lutheranus cum perſona Calvinianæ religioni addicta quæ contumaciter converti non vult, a Miniſtro Eccleſiæ copulari poſſit? Affirm. VI. Num v. g. Sponſa Sponſi impotentiam ſi probe noverit, atque impedimentis non attentis uterque in matrimonium conſentiat, per copulam Sacerdotalem conjugium ſit conſummandum? Affirm. ita Conſiſtor. Lipſienſ. pronunciav. VII. Si quis ſtupratam a ſe per divortium ſeparatam, iterum pro Conjuge agnoſcere atq; recipere vult, a noviter benedicendi ſint? Affirm. ita Conſiſtor. Lipſienſ.*

Th. I.

MAs & Fœmina; & quidem omnes qui poſſunt deſponſari, ſeu inter quos matrimonium eſſe poteſt, de quibus tituli ſunt *inſt. & Cod.* nec non Jure Canonico *d. deſpon. ſat. puber.*

 poſſunt

poſſunt quoque benedictione Sacerdotali conjungi. Mas inquam & Fœmina, non Fœminæ, Polygamia quippe §. *6. Inſt, d. Nupt. l. 13. c. 1. & 2. ff. d. his qui not. inf. Conſtit. Crimin. Corol art. 121.* improbatur. Num autem autem Polygamia jure naturali quoque ſit illicita, & annon in certo caſu iſta Principi concedi poſſit, alibi diſſerendi erit locus, interim vid. Excellendiſſ. Dn. Profeſſ. Friſchmuth. *in accurat, diſcurſ. d. Rege eligendo ac deponend. theſ. 29. & ſeqq.* Pineda *lib. 7. d. Reb. Salom. c. 5. f. 650.* Selden. *lib. 1. uxor Hebr. c. 8.* Hackſpan. *part. 1. notar. l. Philol. in Deuter. 17. pag. 550.*

Th. II. In primitiva Eccleſia novi ſponſi Sacerdotibus præſentari, & fide ac moribus examinari ſolebant, antequam a Sacerdote benedicerentur, uti patet ex Concilio Carthaginenſi 4. *can. 3.* imo inconſultis Sacerdotibus olim Sponſalia nulla peracta, D. Hildebrand. *d. Nuptiis veter. Chriſtianor.* Genevæ coram Conſiſtorio coguntur rationem vitæ ſuæ reddere, qui Conjugium ambiunt, & qua arte, quibus mediis ſuam vitam ſuſtentare poſſint; alias aut a matrimonio prohibentur, aut poſt matrimonii conſummationem urbe ejiciuntur, Arniſæ *d. jur. Connubior. c. 8 ſect. 12. n. 7.* Saluberrima eſt Conſtitutio Saxonica Electoral, der Ehe-Ordnung *tit.* von der *Copulation* und Hochzeiten ibi: Wenn neue Eheleute ſich bey dem Pfarrer jedes Orts anmelden/ ſoll der Pfarrer ſie eigner Perſon/ oder da ſie noch im Jungfräulichen Stande/ auch ihre Eltern/ Vormunden/ oder nechſte Verwandte/ ſo bey dem Verlöbnüs geweſen/ zu ſich erfordern/ und ſie befragen/ Ob diß Verlöbnüs mit der Eltern/ oder Vormunden Wiſſen und Bewilligung geſchehen/ ob ſich keines unter ihnen beyden hievor mit einem andern ehelich verlobet/ ob ſie einander nicht mit Blut- Freundſchafft oder Schwägerſchafft verwandt/ daß ſie nach göttlichen und Kayſerlichen Rechten/ auch unſers Landes Conſtitution und jüngſt ausgegangener Ehe-Ordnung/ einander nicht ehelich beywohnen könten/ und da zwiſchen ihnen eine Freundſchafft/ in welchem grad. Der Pfarrer ſoll auch mit Fleiß erkundigen/ Ob ſie öffentlich in der Kirchen/ mit der Gemeine Gottes/ das Hochwürdige Sacrament des Leibes und Bluts Chriſti empfangen haben/ und da es junge Leute/ ob ſie auch ihren Catechiſmum gelernet/ ohne deſſen Erkäntnüs ſie nicht aufgebothen werden ſollen.

Th. III.

Th. III. *An Privignus cum Vitrici ſorore copulari poſſit?* Quoniam in affinitate ſecundi & tertii generis matrimonia omnibus ſine diſpenſatione contrahere licet; quia ubi nulla neque juris divini, nec civilis, nec ſtatutarii eſt prohibitio, ibi nulla requiritur diſpenſatio, Felix Bidembach. *d. cauſ. matrimon. cap. 3. 6.* atqui in hoc caſu inter prædictas perſonas, tanquam inter conjugum cognatos, nulla, nec ſecundi generis affinitas fuit contracta, copulationis actus haud denegandus erit, & ita Dnn. Jenenſes, teſtante D. Richter. *deciſ. 10. n. 13.* reſponderunt: Habt ihr Euch mit euers Stiefvaters rechter Schweſter/ Chriſtinen/ in eine Chriſtliche Ehegelöbnüs eingelaſſen/ auch mit dem Kirchgang zu vollziehen bedacht: Ob nun wol der Pfarrherr bey euch die Proclamation Euch verweigert/ mit Vorwenden/ weil ihn in gradu prohibito mit einander/ ihr eures Stiefvaters Schweſter zur Ehe zu nehmen nicht befugt/ dennoch aber weil zwiſchen Euch beyden keine conſangvinitas, ſondern nur affininitas in ſecundo genere, darinnen die Verehligung zu recht nicht verboten/ als ſeyd Ihr auch mit gedachtes eures Stiefvaters Schweſter geſchloſſene Ehe zu vollziehen n. o. befugt. V. R. W.

Th. V. *An Patrinus ſeu Suſceptor cum Suſcepta ex ſacro baptiſmate copulari poſſit?* & quamvis de jure civili per l. *26.. C. d. nupt.* id prohibitum ſit, cum loco filiæ æſtimetur, Bachov. *ad Treutler. vol 2. diſp. 6. th. 3. lit. E. & F.* nec non Jure Canonico, *c. fin. d. cog. ſpirat.* quia cognitionem ſpiritualem ex hac ſuſceptione oriri Canoniſtæ autumant, cui aſſiſtit Gloſſ. Sax. in Landrecht *l. 1. art. 3. n. 7.* in verb. Nach der Gevatterſchafft nimt man kein Erbe/ komt auch nicht zur Vormundſchafft/ ſondern ſie hindert allein an der Heyrath und dem Eheleben. Attamen in noſtris Eccleſiis ejusmodi nugæ non attenduntur, ut proinde inter Suſceptorem & Alumnam matrimonium omnino eſſe poſſit, vid. Paul. Tornov. *d. Conjug. lib. 1. c. 64. & ſeqq.* Carpz. *d. arbore conſangv. & affin. theſ. 27. n. 39. & ſeqq.* Brunnem. *in comment. ad l. 26. C. d. nupt.* Chemniz *in loco d. Conjug.* & ita Conſiſtor. Elector. Suprem. Sax. *anno 1612.* reſpondit: Wenn nun gleich euer Bruder der Braut Pathe iſt/ ſo wird doch deſſen ungeachtet/ und das Verlöbnüs vor rechtmäßig gehalten/ und durch den öffentlichen Kirchgang und Trauung von ihnen billig vollzogen. V. R. W.

Th. V. *Num Lutheranus cum perſona Calvinianæ Religioni addicta, quæ contumaciter converti non vult, à Miniſtro Eccleſiæ copulari poſſit?* quæſitum fuit à Theologis Lipſienſibus *anno 1620.* qui reſpoderunt: quamvis conſultum non ſit, Lutheranum eo modo Conjugium inire, ſiquidem Matrimonia cum perſonis falſæ Religioni addictis nunquam bene cedere, multaque potius mala ſecum trahere ſoleant exemplis in verbo divino, præſertim domus Joſaphat cum domo Achab 2. *Chron. 18. 20. 21. 22. cap.* & quotidiana experientia teſtantibus, add. P. Martyr. *in 1. Reg. 3. &.* Alber. Gentil. *lib. 2. de Nupt. c. 19.* Attamen, ſi ſponſalia inter tales perſonas fuerint celebrata, Paſtor copulationem ſeu benedictionem (quoniam hæc cum Religione proprie nihil habet commune, & ſpes ſit errantem perſonam cum tempore converſum iri 1. Corinth. 7.16.) denegre haud poterit, Dedekenn. Donſil. Theolog. *part. 3. ſect. 10. n. 8.* Sponſalia quidem inter homines diverſæ religionis ſerio ſunt diſſvadenda Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſtorial def. 6.* contracta tamen non diſſolvenda. Idem *def. 7.* quia ſæpe, quæ fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, non reſcinduntur *l. 1. ff. quand. appell. l. 7. ff. de interd. & releg.*

Th. VI. *Num* v. g. *Sponſa Sponſi impotentiam ſi probe noverit, atque ejusmodi impedimentis non attentis uterque in matrimonium conſentiat, per copulam Sacertotalem conjugium ſit conſummandum?* Et quamvis rationes in contrarium non deſint, cum D. Gerhard. *in loco d. Conjug. §. 660.* tamen dicimus: Si eſt impotentia præcedens, vera, perpetua, & incurabilis, diſpiciendum, an is, qui cum impoteti contraxit, notitiam hujus impedimenti habuerit. Si enim ſciens ac volens cum Impotente quis contraxit; non facile ſeparatio inſtituitur, niſi ſcilicet periculum fornicationis parti ſanæ impendeat. Cui ſententiæ aſſiſtit D. Carpzovius *Juriſpr. Conſiſtor. lib. 2. tit. 11. def.* 102. quæ diximus, inquit, diſſolvi poſſe matrimonium ob impotentiam vel corporis vitium, quo congreſſus impeditur conjugalis, id publici modo limitatum volumus, vel ſi aliquis, vel aliqua ſcienter nuptias cum impotente contraxiſſet. Licet enim hoc caſu vir mulierum impotentem non poſſit vere habere in uxorem, nec mulier virum in maritum, teneatur tamen habere ut ſororem & fratrem: idem ſentit Bidembach. *in libr. d. cauſ. matrim. p. 75.* de jure certum eſt, interdici matrimonium fa-

gidis

gidis & impotentibus, hac conditione tamen, ſi non ſit, quæ velit illi (cum conſenſu & permiſſione judiciis) cohabitare & pacienter ferre illius impotentiam; ubi tamen tales mulieres ſunt monendæ per Judicem & Eccleſiæ Miniſtros, ne ſeſe in pœnitendas nuptias conjicant. Si enim poſtea maxime de Conjugio illo infelici pœniteant, illos nunquam poſſe ſeparari: exemplo ſit *Abiſay*, quæ *Davidi* ſe aſſociari paſſa eſt, quam tamen non cognovit David. *1. Reg.* Dn. Meerbach. *diſſert. inaugur. d. jure divortiorum* ſub præſidio Magn. D. Struvii *cap. 4. th. 3.* atque ita a Conſiſtorio Lipſienſi ad Joh. Gericken verſus Stargard M. Octobr. 1666. pronunciatum Uf eure fürgeſetzte Frage erachten wir des Titii und der Lucretiæ abgeredete und hernach abgehandelte Heyrath/ wegen ſeiner des Titii (unvermögen) Untüchtigkeit zum Eheſtand/ und inſonderheit zum Kinderzeugen/ welche ſonſt D. Luther auf gewiſſe Maſſe unter 18. die einige endliche Urſache nennet/ etliche Befreunde ſich ſetzen/und die Copulation nicht geſchehen laſſen/ auch zu deſſen Behelff allerley ſcheinbare und ſehr bedenckliche und bewegliche motiven anführen/und damit die Geiſtliche Gerichte bereden wollen / daß ſie die Trauung hindern möchten/ Demnach aber und dieweil die principal Intereſſenten beyderſeits um dieſen Schaden Wiſſenſchaff haben / und deſſen ungeachtet einander zu heyrathen eines beſtändigen Sinnes ſind und bleiben / die Mutter der Braut auch darein verwilliget / und die Verlöbnüs darauf fortgegangen / die andern Freunde nichts darein zu reden/der heilliche Eheſtand zwar von GOtt zu ehrlicher und rechtmäßiger Fortpflantzung des menſchlichen Geſchlechts eingeſetzet/zugleich aber auch dem Mann das Weib zur Gehülffin zugeſellet / und über diß nirgends verboten worden/das diejenigen Mannesperſonen / ſo nicht Kinder zeugen können / deswegen auch nicht freyen/auch ein Weib zu ſich nehmen/und damit/wenn es zumahl ohne Betrug geſchiehet/ und das Weib zuvor deſſen verſtändiget wird ihrer Nahrung; Pflegung und Wartung keine Gehülffin ſuchen ſolte/ zugeſchweigen/ daß bey dieſer Mannesperſon keine ſolche impotens und Unvermüglichkeit zubefinden/ quæ generationis actum, ſed generationis effectum verhindert/ ꝛc. So kan auch das geiſtliche Gerichte dieſe einmahl mit allem Fleiß und guten Bedacht erwogene und abgehandelte ſponſalia

und

und Eheverlöbnüs wieder der Principal-Perſonen öffentlichen Willen mit Fug keines weges trennen/noch weniger die Prieſter-liche Copulation und Trauung verſagen/ſondern es gehet dieſelbe auf ihr ferners gebührendes Suchen billig fort/ V. R. W.

Th. VI. Quæritur? Si *Cajus ſtupratam Cathar, a ſe per divortium ſeparatam, interum pro Conjuge agnoſcere, atque recipere vult* (quod utique poteſt, cum ſententia contra matrimonium non tranſeat in rem judicatam (*de novo benedicendi ſint? Affirm.* quia prius Conjugium ſemel ſolenniter & judicialiter per divortium diremtum fuit, planeque annihilatum, & receptio mariti ſuperveniens non nuda ſed cum affectu Conjugali intelligatur conjuncta; & ita Conſiſtor Lipſienſe ad requiſitionem Conſiſtor. Dominor. de Reuſſen Menſ. Novemb. anno 1666. reſpondit, verbis: Weil ſie einmahl von einander rechtmäßiger Weiſe geſchieden/ derjenige auch/ der eine Geſchwängerte vor eine Jungfrau bekommen nach bewehrter geiſtlichen Rechts-Lehrer Meinung/zu Beruhigung ſeines Gewiſſens beſſer thut/wenn er ein ſolch Menſch behält; So iſt auch H. ſein voriges Weib wiederanzunehmen/und ſich anderweit mit ihr durch Prieſterliche Handtrauen zu laſſen wohl befugt. Magnific. D. Struve *Diſſert. de Jure divortii cap. 4. n. 28.*

SECTIO IV.
DE
FORMA ſeu RITIBUS BENEDICTIONIS SACERDOTALIS.

SUMMARIA.

I. *Ad antecedentia refertur Proclamatio* das öffentliche Aufgeboth: *vocatur Bannum. De Jure Canonico exigitur, uſuque hodierno & optima conſuetudine ubique fere locorum obſervatur; & quare? II. Hodie fit bis & ter, nonnullis in locis unica ſaltim interponitur. In Conſiſtoriis, niſi prægnantes afferantur cauſæ, ob quas proclamationes iſtæ quaſi contrahendæ ſint, aliud petentibus deferri haud ſolet; refertur reſcriptum. III. Princeps tamen vel Magiſtratus poteſt diſpenſare, ut absque proclamatione, maxime in caſu Neceſſitatis, perſonæ deſponſatæ copulentur, vel poteſt anticipari, vel concedi, ut unica vice, unaque Dominica bina vel trina fiat denunciatio,*

ciatio. Cauteprocedendum hoc caſu eſt Eccleſiæ Miniſtris. IV. Effe-ctus proclamationis. V. Perſonæ in illuſtri dignitate conſtitutæ de conſvuetudinenuptias celebrant absque proclamatione exſuggeſtu publico facta, quia iſtarum nuptiæ vix clam poſſum peragi. VI. Fit regulariter in templo coram facie Eccleſiæ. Carpzov. monet, latere ſæpisſime ſub copulatione in privatis ædibus aliquam ſuperbiam. Poteſt tamen Prin ceps huic ritui, tanquam poſitivo deroga-re legisque gratiam facere. Etiam in conſiſtorio vel Prætorio quandoque fit Copulatio & quare. VII. Quomodo proceditur cum Invitis, v. g. Quando una pars deſponſatorum ad conſumma-tionem condemnata plane non vult morem gerere ſententiæ, ita ut nec carcere eo adigi posſit; refertur formula. VIII. Quolibet fieri poteſt tempore, niſi ſpecialiter ſit prohibitum. Tempore quadrage-ſimæ, in den Faſten / *& Adventus Domini haud ſunt celebran-dæ, cum tempus illud concionibus pœnitentialibus ac pasſionalibus deſtinatum ſit. Poteſt tamen Princeps ex cauſa quadam rationa-bili diſpenſare; & petita diſpenſatione conſiderandum eſt, quid temporis adhuc reſtet ad natalitias usque Chriſti & Feſtum Paſcha-tos. Quid de die Dominico? Improbant Roſtochienſes. Permitti-tur non aliter niſi finitis ſacris. Obſervantia cujusvis loci attenden-da eſt. Apud Judæos ſæpiſſime Sabbatho nuptiæ celebrantur. IX. Sponſi ornatiores incedunt. An mulier poſt copulam Sacerdotalem, cujus Sponſus ante thalami ingreſſum v. g. apoplexia tactus vel ab alio infortunio peremtus fuerit, iterum ſponſa facta coronam ge-ſtari poſſit? Affirm. Secus eſt poſt thori ingreſſum, licet carnale com-mercium nondum intervenerit. An vi ſtuprata vel per violentiam deflorata ornatu coronæ incedere posſit? Negat. X. Miniſter Ec-cleſiæ ſolet ſermonem vel ſolennem vel ſuccinctum ad Auditores habe-re Commutatur annulus pronubus* der Trau-Ring. *Scoti habue-runt iſtam ceremoniam pro Idololatrica; refutatur eorum opinio XI. An benedictionis verba: creſcite & multiplicamini, ſenibus di-cenda? XII. In nonnullis Imperii locis liberi ex concubina nati, ſi Parentes conſumment matrimonium matri in ipſa copula ſacer-dotali quam proxime adſtant, eamque veſtitu tenent, unde etiam ita legiti mati vocantur* Mantelkinder. *XIII. Matrimonio ad Mor-ganaticam contracto, ubi inæquales perſonæ conjunguntur deſpon-ſata ſiniſtra mariti illuſtris manu copulari ſolet. XIV. Circa copu*

lationes Magnatum & illud obſervatur, non ſemper Principem in perſonam cum ſponſa copulari, ſed per alium, puta Legatum ad hoc miſſum. XV. Matrimonio per divortium ſoluto permittitur quandoque novum inire volentibus conjugium, ut nuptiæ absque pompa celebrentur. XVI. Viduus vel vidua ſi brevi poſt mortem defuncti Conjugis ad conſummandas nuptias ex diſpenſatione admittuntur, Copulatio absque ſolennitate ſit. XVII. Dari ſolet honorarium Paſtori XIIX. Ceremoniarum, quales ſunt apud Abaſſinos. XIX. Muſcovitas & Ruſſos, apud Armenios. XX. Apud Lappos, brevibus ſit mentio. XXI. Olim ſolennis deductio ſponſæ vel in hortos; vel in cubiculum fiebat hodie deductionis iſte ritus ab uſu receſſit; reliquiæ ſunt, die Heimführung. *XXII. Poſt ritum benedictionis peractum convivium ſolet celebrari. Num liceat honeſte choreas ducere? Tempore luctus publici non licet ſaltare.*

Th. I.

Ritus, prout in Eccleſia Chtiſtiana: conſiderandur, vel antecedunt Copulationem Sacerdotelem, vel fiunt in ipſo ejus actu, vel poſt Eam. Ad antecedentia Benedictionis ſpectat PROCLAMATIO, das öffentliche Aufgeboth/ quæ in locum nuptiarum profesſionis ſeu publicationis vel promulgationis ſucceſſiſſe videtur, Hildebr. *de Nupt. veter. Chtiſtian.* & vocabulo Longobardico *Bannum* vocatur *c. cum in tua 27. X. de. ſponſal. & matrim. c. final. X. qui matrim. accuſ. poſſ.* Gothofred *in not. ad Novell. Leon. 39. lit.* Rittershuſ *in differ. Jur. Civil. & Canon. p. 29.* Cypræ, *de Sponſal. c. 11. §. 12.* Mangnif. Struve *exercit. 29. theſ. 26.* & D. Daniel Claſen JCt. & Philoſoph. Helmſtadienſis *in tract. de Jure Legitimation, in proœm. pag. 5.* denotans publicam denunciationem in Eccleſia a Sacerdote factum in conventu populi, ut recitatis Sponſi aut Sponſæ nominibus, & declarato eorum de Coniugio conſilio, conſtare cuivis poſſit, quinam iſto in cœtu vivant matrimonium contracturi, & ut ſi fortaſſis impedimenta adfuerint, mature & tempeſtive allegentur D. Kromayer *Theol. poſitiv. polemic. artic. 20. th. 4. pag. 161.* ita vult *cap. cum inhibitio 3. X. de clandeſtin. deſponſation.* ibi: *quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per bresbyteros publice proponantur competenti termino præfinito, & intra illum, qui voluerit*

& va-

& valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipſi presbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtituerit documentis. Unde iſta formula Germanica: hat iemand hier zwiſchen etwas zu reden/ oder anzuzeigen/ der thue es bey Zeiten/ und ſchweige hernach/ Joach. a Beuſt. *de Jure Connubior. part. 2. in præfat.* D. Claſen *cit. loc.* De proclamatione iſta ita Joh. Harprecht JCtus Tubingenſ. diſſerit: Plane jure Canonico exigitur, uſuque hodierno & optima conſuetudine ubique fere locorum obſervatur, ut in Eccleſiis matrimonia per miniſtrum verbi divini plane per vices, & intervalla aliquot dierum proponantur ſive denuncientur: alias forſitan plures, tum maxime hanc ob cauſam ut medio temporis intervallo, num aliquid fortaſſis eſſet, quod matrimonii conſummationem impediret, tempeſtive diſpiceretur, quia videlicet conſummato matrimonio res in integrum poſtea reſtitui in virgine nullo modo poteſt: in vidua ſine infamia turpique macula non poteſt. Addo & alteram, cujus vel maxime habita fuit ratio in Chriſtiana Eccleſia; nempe ut honeſtas in hac ſancta corporum conjunctione ſervetur; quod non fieret, ſi ſtatim ut facta ſtipulatio, ad concubitum effreni libidinis impetu Conjuges proruerent. Add. Calbius *de Cridis cap. 3. n. 33.*

Th. II. Etſi vero uſus hujus proclamationis in prima Eccleſia non reperitur, bono tamen conſilio a Pontificibus hanc promulgationem invectam eſſe res ipſa oſtendit D. Claſen *de Jure Legitimat. in prooemio.* HODIE fit viva Sacerdotis voce, vel *Bis*, vel *Ter* prout fert conſuetudo, unde & *Trinundinæ* promulgationes dicuntur Cypræ. *ac Jure Connub. p. 1. cap. 10. §. 1. n. 1.* Menzer. *de Conjug. tit. de Sponſalib. pag. 190.* quamvis Francofurti ad Mœnum *unicam* ſaltim interponi refert Speidel. *in not voc.* Ehe-Verkündigung. Joh. Kizei *in Synopſ. matrimon. c. 4. theor. 6. lit. G. & H.* Trina iſta ſponſorum novorum proclamatio fit in ſolenni Chriſtianorum cœtu diebus dominicis interpoſita ſemper ſeptimana integra in toto fere Chriſtiano orbe, vid. Arniſæ, *de jure connubior. c. 3. Sect. 12. n. 6.* ubi de Henrico III. Rege Galliæ teſtatur, præſertim vero Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſioni addictis ubivis recepta

eſt, de qua conſuetudine atteſtatur Facultatis Theologicæ & Juridicæ Tubingenſis Reſponſum a Beſoldo conſcriptum & a Joh. Harprecht. *ad rubric. Inſtit. de nuptiis n. 121.* relatum. Unde in Conſiſtoriis, niſi prægnantes afferantur cauſæ, ob quas proclamationes iſtæ quaſi contrahendæ ſint, aliud petentibus deferri haud ſolet, prout Supremum Conſiſtorium Dresdenſe anno 1612. reſcripſit auf Peter H. Bürger zu Dreßden ſupplication, daß Er mit ſeiner verlobten Lucretien Georg N. nachgelaßener Tochter daſelbſt aufs ander und drittemahl möge proclamiret werden/ wird dieſer Beſcheid ertheilet: Weil Supplicantens Suchen der ſupplicirten Kirchen Ordnung zu wieder iſt; So hat man denſelben ſtatt zu geben bedencken.

Th. III. Princeps tamen vel Magiſtratus Eccleſiaſticus poteſt diſpenſare, ut abſque proclamatione perſonæ deſponſatæ copulentur, maxime *in caſu neceſſitatis*, cujus tanta vis eſt, ut voluntati contraria ſæpe jubeat, imo extorqueat, & actiones hominum Civiles ad normam legum in ſocietate civili regulandæ, a neceſſitate quandoque etiam invitis legibus, in tranſverſum rapiantur, unde natum illud: *Neceſſitas non habet legem* D. Fritſch. *de præſid. neceſſitat. contr. leg.* quod probat Concilium Tridentinum *ſeſſion. 24. cap. 1.* verbis: *Ante matrimonii conſummationem* TRINÆ DENUNCIATIONES *in Eccleſia fiant, ut, ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur: niſi ordinarius ipſe expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ & judicio ſancta Synodus relinquit.* Plerumque autem ſolet pro diſpenſatione Ærario ſacro vel Magiſtratui aliqvid dari, uti Sereniſſimus Elector Saxoniæ Superintendenti Torgenſi anno 1628 teſte Carpz. *in Juriſprud. Conſiſtor. lib. 2. tit. 8. d. 139.* reſcripſit. Uns iſt euer unterthänigſter Bericht eines Böhmiſchen von Adels Joh. N Diener und Dienerin eheliche Copulation betreffende/ gebührend vorgetragen worden/ wann wir denn gnädigſt zu frieden/ daß angeführter Urſachen halben angeregte Copulation ohne vorgehende proclamation gegenertwehntes von Adel Erbieten/ geſchehen möge; Als begehren wir hiermit gnädigſt/ ihr wollet ſolches gebührend anordnen ꝛc. vel poteſt anticipari & contrahi proclamatio novorum Conjugum, ita, ut unica vice unaque Dominica bina & trina fiat denunciatio Carpz. *d. l. defin. 140*, imo, ubi extrema eſt neceſſitas, abſque ſpeciali Magiſtratus

Supe-

Superioris diſpenſatione, omiſſa proclamatione novi conjuges copulari poſſunt. Carpzov. *d. l. def. 141. ubi n. 7.* monet, caute procedendum hoc caſu Eccleſiæ Miniſtris, ne a novis Conjugibus decepti in leges matrimoniales impingant, vel nuptiis inceſtis manum apponant auxiliantem: nunquam enim tantam meretur neceſſitas veniam, ut contra prohibitionem divinam quicquam agere, vel delinquere liceat *l. palam. 43. §. 5. ff. de ritu nuptiar.*

Th. IV. Effectus proclamationis eſt, ut poſt trinam amplius impediturus matrimonium non audiatur Berlich. *deciſ. 76.* Magn. D. Struve *Jurispr. Rom. German. lib. 1. tit. 7. th. 3.*

Th. V. Quod perſonas IN ILLUSTRI DIGNITATE conſtitutas attinet, iſtæ de conſuetudine nuptias celebrant absque proclamatione ex ſuggeſtu publice facta; quod Iſtarum nuptiæ vix clam poſſint peragi. Jam vero proclamatio nullo alio inſtituitur fine, quam ut nuptiæ deſponſatorum propediem contrahendæ, facilius in notitiam hominum proveniant. Speid. *in not. d. l.*

Th. VI. LOCUM quod attinet, regulariter in templo *coram facie Eccleſiæ* fieri ſolet. Locus enim hujus benedictionis eſt, ubi publicus Chriſtianorum cœtus eſt congregatus, neque actus hicce ſub dio, vel in ædibus privatis vel nuptialibus eſt perficiendus D. Gerhard. *in loco de Conjugio §. 463.* quia copulatio Sacerdotalis eſt ritus Eccleſiaſticus, quo coram facie totius Eccleſiæ ab ipſo Deo per os miniſtri novi ſponſi copulantur: & quod matrimonium clandeſtinum perinde, ut alii contractus, præſumtionem fraudis inducat, *cap. quod latenter X. de reg. jur.* B. Luther. *in libell. de cauſ. matrim. poſt pr.* quod ſancitum in *Ordinat. Elect. Saxon. Eccleſiaſt. art. general. 13.* Und nachdem ſich etzliche ꝛc. *Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 5. §.* Und nachdem ſich daheime in ihren Häuſern/ Höfen/ auch wol unter dem Himmel/ und nicht in der Kirchen trauen laſſen/ daraus dann allerhand Unrichtigkeit erfolget; Alſo ſoll hinführo &c. & Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. tit. 8. def. 143. n. 12.* recte vult latere ſæpiſſime ſub copulatione in ædibus privatis aliquam *ſuperbiam* vel *dolum*, ne exceſſus in veſtimentis ac pompa nuptiali publice manifeſtetur, & ſic delinquentes effugiant pœnam, quam ipſis infligi publice intereſt. Ex permiſſu tamen & *diſpenſatione* Superiorum in privatis ædibus peragi poteſt, Carpz *d. l. def. 44. & ſeq.* quia ritus hic jure ſaltem nititur poſitivo, & pia obſervantia, cui Princeps derogare,

gare, legisque gratiam facere poteſt. Gail. *lib. 1. obſerv. 14. n. 6.* Etiam in *Conſiſtorio* quandoque fit copulatio, ſi ſcilicet facta matrimonii promiſſione metus ſit, ne pars altera conſummationem detrectet, & aufugiat; quibuscunque enim modis providendum, ut facta matrimonii promiſſio ſuum ſortiatur effectum. Beuſt. *de Sponſ. p. 1. c. 58.* Carpzov. *d. l. def. 146.* ubi *n. 10. & ſeqq.* præjudicia adducit, quin & in *Prætorio* ac foro politico novi Conjuges quandoque a miniſtro Eccleſiæ copulantur, ob eandem, quam jam adduximus, rationem, metum ſcilicet, ne ſponſus ex Prætorio dimiſſus aufugiat, conjugiumque per benedictionem Sacerdotalem conſummare detrectet, ut hinc ex identitate rationis ad paritatem juris tuto argumentari liceat *l. 32. ff. ad L. Aquil.* Carpz. *d. l. def. 147.* penſitanda quoque eſt neceſſitas, præſentiſſimam afflagitans matrimonii conſummationem, juſtiſſima faciens ea, quæ per ſe juſta haud ſunt Nevizan. *in ſylva nuptial. lib. 5.*

Th. VII. Quid? ſi copulari debeant INVITI, v. g. quando ſponſus a ſponſa accuſatus & probatione ſponſaliorum facta ad conſummationem condemnatus plane nolit morem gerere ſententiæ; ita ut nec carcere eo adigi poſſit. Conſiſtorium tamen mandet fieri debere Copulationem Sacerdotalem; juxta formulam a Supremo Conſiſtorio Dresdenſi præſcriptam, quæ habetur apud Carpz. *Jurispr. Conſiſt. lib. 2. tit. 8. def. 135. n. 16.* plerumque procedi ſolet: Erſtlich ſoll der Pfarrer oder Diaconus auf Erfoderung und Anmeldung ergangenes Befehlichs nachfolgender Rede ſich gebrauchen: Geliebte Freunde in Chriſto/ es iſt vor einem Ehrwürdigen Conſiſtorio zu M. auf Klage/ Antwort und ferner Vorbringen in Ehe- und Schwängerungs-Sache gegenwärtiger C. Paul T. zu S. Tochter/ Klägerin an einem/ Hanſen G. zu H. Beklagten andern Theils am 19. April. anno 1605. ein Urtheil dieſes Inhalts eröffnet:

Dieweil Beklagter vermöge des am 8. Januarii deſſelben Jahrs publicirten Urtheils durch einen geſchwornen leiblichen Eyd ſich nicht purgiren/ und damit ſo vielerhalten wollen/ daß Er der Klägerin keine Ehe verſprochen und zugeſagt; So iſt Er auch nunmehr die Ehe durch den Chriſtlichen Kirchgang und gewöhnliche Ceremonien/ jedoch ohne Gepräng/ mit ihr förderlichſt zu vollziehen ſchuldig/ in Verbleibung aber deſſen/ wird Er von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzu billich compelliret und angehalten/ ꝛc.

Sol-

Solches Urthell hat gegenwärtiger Hanß G. Krafft Rechtens erreichen laſſen/und ſich auf flüchtigen Fuß gemacht; Ob er nu wohl hernach von der Klägerin zugefänglichen Hafft gebracht und darinnen eine Zeit enthalten worden, ſo hat er doch biß auf dieſe Stunde in die eheliche Trauung gütlich nicht willigen wollen; Dannenhero iſt des Churfürſtl. Sächſ Ober-Conſiſtorii zu Dreßden Befehlich dem Herrn Superintendenten und Ambt-Schöſſer allhier nur auf gewiſſe Maſſe ſolche Copulation und Trauung zuverrichtẽ aufgetragen worden. Derowegen frag ich dich Hanß G. nochmaln an Gottes ſtatt: Ob du gegenwärtige C. T. zur Ehe haben wolleſt? Antwort: Ja oder Nein. Desgleichen frag ich dich C. T. an Gottesſtatt/ob du gegenwärtigen Hanß G. zur Ehe begehreſt und habenwolleſt? Antwort: Ja.

Woferne nun beyde Theile ja geantwortet/ſo wird die Copulation Inhalts der Kirchen Agenda, ſonſten aber mit dieſen Worten verrichtet: Lieber Hanß G. Ob du wohl auf meine an Gottes ſtatt diefürgehaltene Frage mit nein geantwortet/oder gar nichts antwortenwollen; dieweil aber doch wohlermeltes Conſiſtorii Urtheil und Befehl an deine ſtatt Ja geſagt/ welche deiner ordentlichen Obrigkeit Stimme in ſolchen Fall für GOttes Stimme zu halten/, ſo bleibt es dabey billig; was Gott zuſammen füget / ſoll kein Menſch ſcheiden Gen. 2. v. 18. Weil dann gegenwärtiger Hanß G. und C. T. auf rechtliches Erkäntnüs vermittelſt der Obrigkeit Hülffe hinführo ehelich bey einander wohnen ſollen; So ſpreche ich Sie ehelich zuſammen/im Nahmen des Vaters und des Sohnes und des H. Geiſtes / Amen. Folget die Vermahnung aus der Kirchen/Agenda &c.

Th. VIII. TEMPUS quod ſpectat, quovis fieri poteſt benedictio, niſi ſpecialiter ſit prohibirum. Sic tempore *Quadrageſimæ* in den Faſten & *Adventus Domini* haud celebrandæ nuptiæ; cum tempus illud concionibus pœnitentialibus ac paſſionalibus deſtinatum, neque illud aliis occupationibus, maxime huic ordinationi ſacræ impeditivis non] conterendum ſit, D. Gerhard. *in loc. de conjug.* §. *469.* id quod Canonas in jure canonico expreſſe ſtatuunt, procul in *Can. 8.* ibi: non oportet in Quadrageſima aut nuptias vel quælibet natalitia celebrare, *can. 10. ibi: non oportet a Septuageſima usque in Octavos Paſchæ & tribus hebdomatibus ante feſtivitatem*

San-

Sancti Johannis Baptiſtæ, & ab adventu Domini usque ad Epiphaniam nuptias celebrare; quod ſi factum fuerit, ſeparentur, & can. 11. nec uxorem ducere, nec convivia facere in quadrageſimali tempori convenire poſſe nullatenus arbitramur, cauſ. 33. q. 4. fuſius de hac materia vide Baſil Ponce *de matrimon. lib. 10. c. 9. 9. p. 500.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſp. 7. per tot.* Carpz. *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. tit. 9. def. 151.* quas ſanctiones orthodoxa Eccleſia libere recepit, vid. *Ordination. Elector. Saxon. art. gener. 13. & Ordinat. matrimon. de anno 1624. punct. 5.* §. Weil auch zu Zeiten/ Decret. Synodal. de eodem anno §. und weil die Alten eine Zeit &c. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. tit. 8. def. 151. n. 2.* ubi dicit, quod Calviniani legam iſtam Eccleſiaſticam prorſus rejiciant, Calvin. *lib. 4. Inſtit. cap. 19. §. 39.* Idem Carpz. *defin. ſeq. n. 6.* Propterea poteſtatem diſpenſandi Principibus adimendam haud eſſe monſtrat, ſi nempe ex cauſa quadam rationabili veniam dare, & tempore quadrageſimali vel Adventus nuptias celebrari permittere velint. *dict. ord. matrim.* §. Weil auch zu Zeiten mit etlichen Perſonen diſpenſiret worden. Petita diſpenſatione conſiderandum, quid temporis adhuc reſtet ad natalitias usque Chriſti & Feſtum Paſchatos; quanto propius hoc accedit, tanto difficilior erit diſpenſatio. Carpz. *d. l. def. 153.* Quid *de Die Dominico* aut *Feſto* ſtatuendum, *num diebus iſtis inſtituendæ nuptiæ?* Dnn. Roſtochienſes Theologi valde improbarunt, ut nec copulatio, nec convivium Nuptiale poſſit hoc die concedi, vid. Michael Haveman *in Gamolog ſynopt. lib. 2. tit. 11. n. 4.* Ludov. Dunte *in Caſ. conſc. c. 10. 33. p. 293.* add. Oſiander *in Tract. de Sabbatho p. 280.* Non aliter permittitur celebratio nuptiarum die Sabbathi, quam finitis ſacris, facit huc *Ordinatio Eccleſiaſtica general. 13.* §. Damit auch vermöge göttliches Befehls und Ordnung der Sabbath geheiliget/ und die Leute von dem Gehör göttlichen Worts nicht abgezogen werden/ ſollen die Hochzeiten nicht auf den Sonn- oder andern Feyertagen/ ſondern auf den Werckel-Tagen in der Wochen/ oder da es einig Bedencken oder Urſach/ darum es ſchädlich verfallen ſolte/ ungeacht deſſelben/ eher nicht auf dem Sontagen oder andern heiligen Tagen/ denn nach der Veſper und gehaltenen Catechiſmo angefangen und vollbracht werden. Obſervantia cujusvis loci in Eccleſiaſticis attendenda eſt, *arg. cap. ad Apoſtolicam 42. in fin. X. de Simon.* Lambertin. *quæſt. 7. princip. art. 2. n. 5.* Apud JUDÆOS ſæpiſſime

Sabba-

Sabbatho nuptiæ celebrantur, ut eo felicior ſit concubitus, & majore Sabbathum honore afficiatur. Jnde, qui ea nocte concipiuntur, ut plurimum in præclaram adoleſcunt indolem, & in Sapientum diſcipulos evadunt, inprimis ſi bonæ & puræ interveniant cogitationes, nec tam coitus voluptas quam ſacro ſancti Sebbathi cultus & honor ſpectetur. Sabbathum enim illis *voluptas* appellatur, & eſſe debet, unde & ſapientiſſimis Rabbinis placuit, & Sabbatho honorificum ſtatuerunt, ut ſinguli mariti, præſertim vero Sapientum diſcipuli & excellentes Rabbini hac Sabbathi nocte plusquem cæteris temporibus uxorum ſuarum arva conſerant. Quapropter ut ſtimulos ſibi addant, & viros ſe eſſe meminerint, aliis ante Sabbathum veſci ſolent. Buxtorff. *Synag. Jud. cap. 15.*

Th. IX. Ad locum copulationi deſtinatum habitu ſeu veſtimentis pro conditione perſonarum ſponſi *ornatiores* venire ſolent. Vid. D. Hildebrand. *de nupt. veter.* add. Chriſt. Tertullian. *lib. de velandis virginibus cap. 17.* Et quoniam veſtimentorum gradus in Republica recepti; & pro diverſitate dignitatum diſtincti, ut tot exiſtant ordinationes veſtituum, Kleider-Ordnungen; hinc decentior veſtitus nobiliori aſſignandus, quam plebejis, Perez. *in Comment. C. de veſtib. holoſer. n. 12.* magnos magna decent, *l. 4. ff. de recept. arbitr.* & coërcendi ſunt cives legibus veſtiariis, ut quisque ſuæ conditionis memor vivat. Heic quær. *An mulier poſt copulam Sacerdotalem, cujus ſponſus ante thalami ingreſſum v. g. apoplexia tactus, vel alio infortunio peremtus ſit, iterum ſponſa facta coronam geſtare poſſit?* *Affirm.* quia geſtationis coronæ participes ſunt omnes virgines, cujuscunque ſint ſtatus & conditionis, Daniel Moller *Semeſtr. lib. 3. ſemeſtr. 23 num. 5.* Neuenhan *de jure viduit membr. 1. ſect. 1. lit. a.* ſecus eſt, ſi thorum conjugalem fuerit ingreſſa, licet commercium carnale non intervenerit. Carpzov. *in Jurispr. for. p. 3. c. 19. def. 11. n. 7.* Ubi reſponſ. Scab. Lipſiens. Ob nun allbereit in öffentlichen Kirchenverſamlung die Prieſterliche Copulation verrichtet/ und er vier Tage vor ſeinem Tod ehelichen getrauet worden. Da er aber dennoch mit euch nicht beygelegen/ noch das Brautbette/ allermaſſen ſolches zu Sechſenrecht nöthigiſt beſchritten hätte. So hättet ihr euch auch derjenigen/ ſo ſonſten dem überlebenden Ehegatten aus des Verſtorbenen Gütern gebühret/ nicht anzumaſſen; hingegen aber wäret ihr einer Jungfrauen gleich euch zu kleiden/ und einen Krantz

zu tragen wohl befugt ꝛc. Nec non ea, quæ ob coeundi impotentiam fuit ſeparata, prohibetur coronam geſtare, D. Schwendendörffer *diſp. de privilegiis virgin. c. 6. Num autem ſponſa, olim a quodam vi ſtuprata, neque gravida exinde facta, poſſit corona incedere? Neg. can. ſi Paulus 32. q. 5.* Corona enim eſt adjunctum virginitatis corporis. Zahn. *tr. de mendac. lib. 2. c. 75. n. 1.* quæ citra conſenſum etiam admittitur *can. illa autem 32. qu. 5.* & licet animi virginitatem adhuc poſſideat, illam tamen perdidit. Cui ſententiæ adſentiunt Carpz. *lib. 5. reſponſ. 114. & pract. crim. p. 2. q. 75. n. 80. & ſeqq.* Dn. Præſes *Diſſert. de pœnitent. Eccleſiaſt. cap. 3. n. 43.* Diſſentiunt Matth. Berlich. *part. 5. conc. 41. n. 67.* Franciſc. Pfeil. *cent. 2. conſ. 147.* Neque obſtat, quod mulier, quæ contra voluntatem ſuam vim paſſa eſt, nullam pœnam mereatur *l. 13. §. 7. ff. ad l. jul. de adult.*

Th. X. Miniſter Eccleſiæ ſolet ſermonem, vel ſolennem vel ſuccisum ad Auditores habere, atque novos ſponſos de fidelitate ſervanda monere, conjugiique onera & commoda ex ſacro Codice explanare. Hodie in quibusdam Eccleſiis noſtris uſitatum eſt, ut in ipſo benedictionis Sacerdotalis actu *Neonymphi* tradant *annulos* Paſtori, qui ea de cauſa porrigit librum, ex quo verba ſolennia prælegguntur, ut ſuper ipſo ponantur; tunc iſte annulum, quem ſponſa obtulit ſponſo & quem ſponſus ſponſæ tradit, ſicque invicem commutat, Dn. Præſes *in hypomn. de Annulo Pronubo th. 27.* notat: Scotos in confeſſione ſua anno 1638. Libro Liturgico, quem *Rex Angliæ Carolus I. & Parlamentum* anno 1621. confirmaverant, plane contradixiſſe, propterea quod præter multa alia in eo conceſſus etiam eſſet Annulus Connubialis inter Neonymphos, quem inter Ceremonias ſuperſtitioſas & ſimul Idololatricas numerarent, D. Hülſeman. *in Calvinianiſm. irreconciliabil. th. 14.* Verum ritum circa annulum, qui in facie Eccleſiæ datur, Idololatriam ſapere non ſtatuendum eſt, neque enim craſſa eſt, quod Idolis ſerviat, nec in ἐθελοθρησκείᾳ conſiſtit, ut Deus aliter colatur, quam præcepit, neque in nuda creatura poſita eſt. Ceremoniam hanc externam Eccleſia primæva ita pie & libere amplexa eſt, ut ordinem potius ac decorum juvare ac promovere ſtuduerit. Cum itaque neque in ſacra Scriptura actus iſte dandi ſignum in conſpectu Eccleſiæ ſit prohibitus, neque etiam præceptus, pro *Remedia* ſeu indifferenti, quam *Adiaphoron* vocant, habendus erit. Voluit pia antiquitas, ut Conjuges

juges meminerint, fidem coram DEO tam religioſe datam, ſanctè etiam eſſe ſervandam, cujus promiſſi teſtis perpetuus ſit annulus. Neq; etiam ſpectatoribus rectè inſtitutis an cultum Idololatricum, anſam præbet; Sin autem impius annulum iſtum, tanquam Idololatriæ inſtrumentum habiturus ſis, nihil obſtat, quo minus & orthodoxis eodem uti liceat: omnia quippe mundis munda, neminique quicquam immundum, niſi qui pro immundo judicat, *Rom. 14. v. 14.* Sic ex adverſo piaculum aut caſus conſcientiæ haud foret, neque Paſtor alicujus loci ſponſum aut ſponſam coram altari ligare dubitabit ſi Neonymphi ob extremam forſitan paupertatem annulos invicem tradere non valeant; Arrha enim de honeſtate eſt, non de neceſſitate, *c. noſtrates 30. quæſt. 5.* Dn. Præſes *d. l. theſ. 7.*

Th. XI. Benedicens actum hunc verbis *Geneſ. 1. v. 28. Creſcite & multiplicamini,* ſeyd fruchtbar und mehret euch und füllet die Erde; ſolet perficere; *Num etiam in copulatione Senum hæc addi poſſint?* Affirm D. Andr. Keslerus *in Theolog. Caſuum Conſcientiæ cap. 43.* quemadmodum enim verba: *cum dolore paries*, non propterea in conſecratione proferuntur, quaſi omnes uxores non dabeant non parere, ſed ut indicetur id, quod Deus *utplurimum* impoſuerit conjugio, ſic & verba: *creſcite* &c. eum in finem non adduntur, quaſi *neceſſario* ad Conjuges applicanda, ſed quod ordinationis divinæ in genere fiat recordatio, Diſſentit D. Finckius *in quæſt. Illuſtr. ſect. 2. q. 121.*

Th. XII. In nonnullis Imperii locis de conſuetudine obſervari ſolet, ut liberi, qui ex concubina ſunt nati, poſtmodum vero Parentes matrimonium legitime conſummari petant, matri in ipſa copula ſacerdotali, quam maxime adſtent, eamque veſtitu teneant, teſte Georg. Schulz *in not ad § fin. Inſtit. de nupt. lit. K.* Unde etiam lieberi legitimati vocantur Mandel-Kinder/ Dn. Hahn. *in not. ad Weſenb. lit. de his, qui ſunt ſui vel alieni jur. n. 2.* D. Lauterbach. *Diſſert. de Legitimat per ſubſequens matrimonium th. 25.*

Th. XIII. In matrimonio *ad Morganaticam* contracto, ubi inæquales perſonæ conjunguntur, de ſponſata ſiniſtra mariti Illuſtris manu in nonnullis locis ſolet copulari; qua ſolennitate & porrectione ſiniſtræ nihil aliud denotatur, quam quod aſſumta conjux dignitatis & honoris mariti non fiat particeps D. Myler. *in Gamalog. c. 6. n. 13.*

Th. XIV. Circa copulationes MAGNATUM & illud obſervatur; non ſemper Principem in perſona cum ſponſa copulari, ſed per alium, puta Legatum ad hoc miſſum qui Principem repræſentet, benedictionem Sacerdotalem peragi, thorumque conjugulem ingredienti ſponſam ad latus poni, fictoque concubitu matrimonium quaſi conſummari; cujus rationem Cypræus *de Sponſalib. c. 9.* §. *14. & 15.* hanc ponit, ut contractus hic matrimonialis firmiori nitatur obligatione, & pactio non ſolum de ſponſalibus, ſed ipſa jam traditio facta appareat.

Th. XV. Matrimonio per divortium ſoluto, permittitur quandoque, certis intervenientibus circumſtantiis parti nocenti novum inire conjugium, ex Conſiſtorialium diſpenſatione, D. Gerhard. *in loco de Conjug.* §. *622.* Bidenbach. *de cauſ. matrim. fol. 84.* ita tamen ut domicitium mutet, & nuptiæ absque pompa celebrentur, Carpz. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. def. 191. n. 11. & lib. 3 def. 11. n. 12.* ita Conſiſtorium Lipſienſe ad Superint. W. d. 8. Nov. 1676. reſcripſit. PP. Jhr wollet ermeltes Weib vor euch beſcheiden / derſelben ihren Sündenfall zu Gemüthe führen / Sie zu wahrer Re und Buſſe anermahnen / und daß Sie ſich durch den begangenen Ehebruch des heiligen Eheſtandes unwürdig gemacht ihr vorſtellen / Sie auch von ihren Vornehmen ab- und dahin weiſen / daß Sie / den fleiſchlichen Begierden durch inbrünſtiges Gebet und Faſten ſteuren / und ſich eines einſamen keuſchen und züchtigen Lebens und Wandels befleißigen ſoll; dafern Sie aber euer beweglichen Zuredens ungeachtet ohne Verletzung ihres Gewiſſens auſſer dem Eheſtande nicht leben könte / ſo können wir geſtalten Sachen nach geſchehen laſſen / daß Sie ſich anderweit / jedoch gegen Erlegung 30. Thaler zu milden Sachen / gebührlich verehlichen / die Trauung aber ohne alles Gepränge geſchehen möge.

Th. XVI. Viduus vel vidua, ſi brevi poſt mortem defuncti conjugis ad conſummandas nuptias ex diſpenſatione Magiſtratus Eccleſiaſtici & cauſas admittantur, copulatio absque ſollennitate & ceremoniis publicis fiat, ita cenſente Eraſm. Sancerio apud Dedekinn. *conſil. Theol. p. 3. lib. 2. de Sponſalib. ſect. 1. n. 14.*

Th. XVII. Silentio non prætereundum eſt, Paſtori pro copulatione dari Honorarium. Quod in caſu, ubi defuncti heredes gaudent beneficio anni gratiæ, uti aliis accedentalibus, ſcilicet

nummis

nummis confeſſionariis, vel pro baptiſmate datis & cæteris ad heredes pertinet; Niſi aliud conſuetudine ſit introductum D. Stryk *diſſ. de Anno Gratiæ cap. 5. n. 5. & ſeqq.* Si copulatio ex diſpenſatione Conſiſtorii a Paracho alterius Diœceſeos fit, Paſtori ejus loci debitum exſolvendum eſt, ne Parochus loci ſuis defraudetur reditibus D. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſtor. def. 148.* ubi præjudicium habet.

Th. XVIII. ABYSSINI, prout Francus Alvarez oculatus teſtis refert, in atrio domus primo lectum adſtruunt, in eoque ſponſus & ſponſa una aſſident, tam accedentes tres Sacerdotes alta voce acclamitant: Alleluja aliasque quasdam cantiunculas concinentes lectum coëunt tribus vicibus. Poſthæc utrique cinnum ex eadem parte capitis abſcindunt, abſciſſum mulſo lavant, lavatumque Sponſæ quidem in Sponſi, hujus viciſſim in illius caput ea parte, qua raſum ante fuit, reponunt, atque luſtrali aqua conſpergunt. Abhinc gaudiis indulgent nuptialibus, quæ in ſeramusque noctem protrahunt, ac tandem neonymphos domum comitantur. Vidit quoque citatus Autor *Abuna Marco* ipſorum Patriarcham aliis benedictionem contuliſſe hunc in modum: Ante oſtium templi lectus ſternebatur, cui inſidebant una Neonymphi: hos circumambiens Patriarcha cum crucibus ac thuribulo fumante mox Sponſum accedens ſuperimpoſita capiti manu hortabatur, ut præcepta Dei in Evangelio data ſervet, memorque ſit, illum cum Sponſa abhinc non duo, ſed unum corpus carnemque eſſe idque propter vivant concordes; his dictis commorabatur apud ipſos ad finita usque ſacra, tum & ſacram ſynaxin impertiebat & benedictionem.

Th. XIX. RUSSI vero, uti Olearius teſtatur *in Itinerario Moſcov. Perſico l. 3. c. 8.* & quidem inprimis Principes ac Bojari his utuntur ceremoniis: Sponſus ſera veſpera una cum cognatis ſuis procedit ad domum Sponſæ, agmen ducit *Popen* ſeu Sacerdos inſidens equo; ingredientes amice acceptantur a cognatis Sponſæ, & aliis interjectis colloquiis, tandem ut menſæ aſſideant, in vitantur. Sponſo ultima vice locum ſupremum occupanti adducitur obnubata Sponſa; & proxima ad ipſius latus collocatur: mutuus tamen conſpectus inhibetur tantiſper holoſerico, quod duo pueri intercapedinis loco interpoſitum tenent. Interea pediſſe qua Sponſæ comas illius pectit, inque duas ſeparat ligulas & coronam capiti imponit. Idem Sponſi famula Sponſum pectit: quibus ita

factis mulierculæ ſcamna aſcendentes varios miſcent concinentes jocos, poſthæc adoleſcentes duo prægnandem feretro impoſitum cauſeum panesque aliquot adferunt, quibus tum ferentibus tum caſeo & panibus benedictionem impertit *Pope*. Poſt multas alias ceremonias tandem Sponſa trahæ impoſita obnubata ad templum ducitur, hanc ſequitur Spouſus cum cognatis & Popen, qui in templo Sponſi dextram, Sponſæ vero ſiniſtram ambabus ſuis conprehendes quærit: Num ſe invicem in Conjuges & concros adjutorium cupiant: Dato reſponſo in gyrum circum ducit eos præcinens *Pſal. 128*. eumque cantando ſeqvunturNeonymphi; finito egregio illo choreo coronas imponit ipſorum capitibus & dicit: *Creſcite & multiplicamini*. Dehinc. *quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet*. Poſthæc exhibetur *Pope* vitrum vino rubro repletum, hoc ipſe epotat atque novis conjugibus ter epotandum tragit, Ultimo Sponſus illud in terram projiciens frangit eique ambo inſultantes acclamant: Sic pereant, qui conjugium noſtrum dirimere aut movere rixas ſatagunt.

Th. XX. ARMENII, quod itidem ipſe Olearius vidit, ſingulari pompa ad templum procedunt; novi conjuges vero altare accedunt, ſuper quos textus ſacros legit, & benedictionem ſubjungit Sacerdos. Inde manus invicem dant, ac capita ad ſe invicem reclinant, ita tamen, ut Sponſi caput ſuperemineat caput Sponſæ, ſuper utroque crux lignea levatur, ſub qua copulantur. In eodem corporis ſitu jurant, ſe in quavis calamitate ſibi invicem fidos manſuros, atque tum demum Sacerdos ſacram Synaxin adminiſtrat, & utrique dimidiam partem hoſtiæ (ut dicunt) vino prius immerſam porrigit. Ex quibus conſtare poteſt, ritum copulæ Sacerdotalis in omni Eccleſia obſervari. vid. D. Hildebrand. *d. Nupt. vet. Chriſtian.*

Th. XXI. LAPPOS omni barbarie alios nobilitatos, videmus perquam caute & ſuperfluis ferme ceremoniis Sponſalia prius ambire, tum ipſas nuptias ita ut in magna frequentia cognatorum & affinium publicam benedictionem Sacerdotalem accipiant: & tanti præterea æſtimatur in æde ſacra eam ſuſcipere, ut magna moleſtaque metiri id propter itinera nulli trepident; de quibus omnibus videri poteſt Schefferi *Lapponia cap. 25. p. 331 ſeq.*

Th. XXII. *Olim* erat ſolennis deductio Sponſæ, quæ tripliciter

citer facta eſt, vel in *Hortos*, vel in *Domum*, vel etiam in *Cubiculum* Meier *in Colleg. Argentor. tit. de rit. nupt. th. 25. Hodie* deductionis iſte ritus ab uſu receſſit. In perſonarum Illuſtrium atque Nobilium nuptiis priſtinæ deductionis reliquiæ occurrunt quas vocant, die Heimführung/ Renneman. *in Jurispr. Roman. German. de jur. perſon. diſp. 41. th. 52.* Wehner. *in obſerv. pract. ſub verb.* Heimführung. Quanta pompa Sacratiſſimi Imperatoris noſtri LEOPOLDI Solennitates Nuptiales Imperiales cum *Margareta* Hiſpanica anno 1666. peractæ fuerint, lege ſis D. Fritſch. *tr. de Auguſta in fine p. 79.* quæ omnia compilaſſe opus haud erit. Miſerat Invictiſſimus Princeps Ducem de Medina de la Torres in Hiſpaniam, cui loco ipſius Auguſtam tunc temporis Sponſam d. 15. 25. April. prædicti anni ficto conjugio copulatam transduxit Viennam Diar. Europæ *continuat. 14. p. 283.* Et hoc obiter notandum: Apud nonnullos, introductum eſſe, ut Magiſtratui indicetur veniaque petatur, ſi Sponſa deducitur. D. Rhetius *Diſſert. de Virginib. cap. 5. §. 15.*

Th. XXIII. Hodie ritu benedictionis peracto *Convivium* ſolet celebrari, cujus celebratio non eſt inhoneſta, ut ſacris literis prohibita, uti legimus de nuptiis Jacobi *Geneſ. 24.* Samſonis *Jud. 14.* Deinde in Cana Galilæa celebratis *Joh. 2.* D. Pregizer *Diſp. polit. de ſociet. nuptial. th. 35.* modo heluationibus præcavatur, nec mox trahatur in diem, nec dies in noctem, vid. Elect. Moguntin. Erneuerte Kirchen-Ordnung c. 10. §. es ſollen auch/ verb. daß jederman im Winter umb 9. Uhr: im Sommer umb 10. Uhr nach Hauſe gehe. *Quæritur, Num liceat honeſte choreas ducere?* Equidem apud multos choreæ male audiuntur, ita ut chorea ſit circulus, cujus centrum eſt Diabolus. add. Franc. Joh. Paul. im Schimpf u. Ernſt/ *tit.* von Täntzen *c. 337.* Verum abuſus ſeparandus eſt ab uſu. Nocturnas & impudicas ſaltationes eſſe illicitas, & jamdudum etiam in LL. XII. Tabb. prohibitis, vid. Cruſ. *de Nocte c. 9. n. 11.* Modicæ vero ac liberales haut ſunt improbandæ vid. Oſiander *in tract. de Sabbath. p. 277. qu. 4.* Tempore tamen publici luctus ab iis eſt abſtinendum, & transgreſſores mandati non ſunt exempti a coercitione, quæ in pœnæ caſu non determinatæ eſt arbitraria *arg. l. 4. ff. de jurisdict. omn. judic.* Carpzov. *lib. 1. Jurispr. Conſiſtor. tit. 8. def. 157.*

Th. XXIV. Poſt ſacram hanc copulam Sponſi in Veteri Ec-

cleſia, in honorem benedictionis *nocte prima* ab actu conjugali abſtinuerunt, imo *per biduum, ſæpe triduum* recens copulatos non concumbere, ſed vacere precibus oportuit, Concil. Gartag. IV. *can.13.* forſan exemplo junioris *Tobiæ, Saram* ſponſam in thalamo compellantis: *Sara ſurge, deprecemur Deum hodie, cras & perendie, quia his tribus noctibus Deo conjungemur. Nocte autem tertia transacta in noſtro erimus conjugio. Filii quippe ſanctorum ſumus, nec decet nos conjungi, ſicut gentes, quæ Deum ignorant, Tob. 8. 4.* D. Hildebrand. *de Nupt. veter. Chriſtian.* ubi tamen ait: An hic de abſtinentia primæ, ſecundæ ac tertiæ noctis canon ab omnibus & ſingulis in V.E. ſit obſervatus, equidem non juraverim.

SECTIO V.

DE

F I N E.

SUMMARIA.

I. Finis hujus benedictionis eſt, ut omnia decenter & ordine fiant. Hierologia tanquam ceremonia Chriſtiana conſummat matrimonium. II. Ut individua iſta ſponſorum publice pateſcat. III. Quæritur, an abſque benedict. Sacerdot. liceat concumbere ſponſis, & ſi concubuiſſent ante benedictionem, an pœnam mereantur? IV. Num ſponſis, ſi ante benedictionem Sacerdotalem concumbant, pœnitentia Eccleſiaſtica, die Kirchen-Buſſe *imponendæ ſit? V. Si ſponſus ſponſam ante benedictionem Sacerdotalem impregnaſſet, num ſit ab opificio excludendus? VI. Judex ex officio deſpenſatos ad conſummationem matrimonii poteſt adigere. VII. Dantur & aliæ cauſæ, ob quas benedict. Sacerdotal. introducta ſit. Veteres præſtigiis Dæmonum & technis malevolorum occurrere voluerunt Et cum Ethnici agmina Deorum in nuptiis invocarint, quare non Chriſtiani verum Deum prece in Nuptiis, copula inſtituta, adorent?*

Th. I.

FINIS hujus benedictionis eſt, ut omnia *decenter & ordine* fiant *1. Cor. 14. verſ. 40*, Licet enim Sponſalia ad matrimonii ſubſtantiam neceſſaria non ſint, & ſponſa ſtatim in domum deduci poſſit, *Novell 74. c. 5. l. 9. ff. de Sponſal. ibi: ſi vero ſponſalia non præceſſerint* ibique Colleg. Argentorat. *theſ. 1. eod.*

exem-

exemplo eſt Alexander M. qui a primo ſtatim aſpectu omnibus omiſſis Sponſalium ambagibus & procraſtinationibus inter ipſas fumantes convivii patinas ſibi virginem *Roxanen* matrimonio junxit, Curtius *lib. 8. hiſtor. cap. 4.* Ob honeſtatem tamen & reverentiam matrimonii, ne inſtar pecudum proruere in amplexus honeſtæ perſonæ videantur, Sponſalia, ut omnia ex plena delideratione procedant, & ut animi contrahentium præparentur, & inducantur, nec affectus præcipitentur, præcedere ſolent; Sic Hierologia, tanquam Ceremonia Chriſtiana conſummat matrimonium.

Th. II. Benedictione rituali intenditur quoque & hoc, ut individua iſta Conjunctio Sponſorum *publice pateſcat.* quod utile ſane eſt, cum Reipublicæ interſit ſcire, quinam quibuscum coeant, D. Pregizer *d. l. theſ. 33.* & Heig. *lib. 2. quæſt. 22. n. 6.* Arniſæus *de jure connubior. part. 3. ſect. 12. n. 7.*

Th. III. Quæritur *an absque benedictione Sacerdotis liceat concumbere ſponſis; & ſi concubuiſſent ante benedictionem, pœnam mereantur.* Georg. Beatus *de matrimonio part. 1. tit. 10.* refert: Lipſienſes anno 1548. pronunciaſſe quod non, eo ſcil, caſu ubi quidam requiſiviſſet, ut ſibi ſponſam in ædibus privatis in matrimonium daret, & Paſtor recuſaſſet illi dare nuptam, per injuriam tempeſtatis pluvialis, petens ut ingrederentur templum, quod ibi petitioni eſſet gratificaturus, & fructurus ſuo officio; hoc contemto, ſponſam & ſponſum ſubito Cognatorum congregatione facta poſtridie copulari permiſerunt &c. quoniam autem non nomino recuſaverint, ſed requiſiverint Sacerdotem, & ipſo venire recuſante, nihilominus poſtridie Sacerdotis benedictionem & copulationem petierint & impetraverint, abſoluti a pœna ſunt; Aliis tamen ponderatis circumſtantiis ab omni pœna non eſſe immunes ſponſos, vid. *theſ. 5. bujus ſection.*

Th. IV. Quæritur? *Num ſponſis, ſi ante benedictionem Sacerdotalem concumbant, pœnitentia Eccleſiaſtica,* die Kirchen-Buſſe/ *imponenda ſit?* quam quæſtionem haud ita pridem *Negative* reſolvit Dn. Præſes *in diſſertat. de pœnitent. Eccleſiaſt. Cap. 4. n. 76.* & in favorem matrimonii remittendam eſſe pœnam iſtam Eccleſiaſticam tradit Carpz. *Jurispr. Eccleſ lib. 3. tit. 7. def. 88.* ne ſtatim ab initio hoc durius reddatur Conjugibus, quam adhuc contrahen-

 di,

di, ne impediatur, quin potius propter remiſſionem factam eo citius conſummatur; imo conſiderandum, quod contractis nuptiis culpa omnis tollatur ac macula ceſſet; & ita ad Senatum Hallenſem anno 1641. reſpondiſſe Dnn. Conſiſtoriales Lipſienſes refert Dn. Præſes *cit. loc.* ubi etiam diſſentientes allegat.

Th. VI. SI SPONSUS SPONSAM ANTE BENEDICTIONEM SACERDOTALEM IMPRÆGNASSET, NUM SIT AB OPIFICIO EXCLUDENDUS? *Negat.* David. Mevius *part. 3. dec. 39.* Eſt quidem ab eo tempore quo Eccleſia Sacerdotalem copulationem honeſtatis gratia neceſſariam fecit, præmaturus Sponſatorum concubitus in crimine, nec impunis; peccatur enim in legem Eccleſiæ & honeſtatem cum ſcandalo quodam publico: at nimis gravis & iniqua futura eſt pœna, ſi quis ideo ab opificio excludatur quod infamiæ quædam ſpecies eſt, & a victus facultate remotio, non minus gravis, quam ſi homo enecaretur *arg. l. necare 4. ff. de agnoſcend. & alend. lib.* quando ſi ab alio, & non a ſe imprægnatam ducit, opificii incapax non cencetur Carpzov. *reſponſ. Elect. 99. per tot. part. 6.* quo jure ab eo removendus, qui cum ſponſa jam ſua, quæ uxoris inſtar erat, concubuit? Hoc multo minus criminis aut turpitudinis habere certum eſt; cum matrimonium majora longe vitia purget *c. tanta X. qui filii ſint legit.* Gail. *lib. 2. obſerv. 141. n. 2.* qui non etiam efficiet, ut honori ejus condonetur, ne infamis & inops fiat, qui ſponſam nimium amavit, verba ſunt laudati Mevii *d. l.* ubi ita in Tribunali Wiſmarienſi reſponſum fuiſſe refert; Et hoc non ſolum valere in Collegiis Opificum, ſed etiam in *aliis dignitatibus & beneficiis*, ut iis ſponſus, ob id, quod ſponſam carnaliter ante benedictionem Sacerdotalem cognoverit, tanquam levi macula notatus minime privandus ſit, Facultas Juridica Witebergenſis anno 1622. reſpondit: Eodemque anno Dnn. Conſiſtoriales & Eccleſiaſtici Conſiliarii Gvelferbidadi & Facultas Juridica Helmſtadienſis in eadem cauſa, referente D. Richter. *de ſucceſſion. ab inteſtat. ſect. 1. membr. 3. n. 15. & ſeqq.* ubi etiam coutrarium reſponſum fuiſſe memorat.

Th. VI. Quoniam *honeſtum* eſt, deſponſatos rite copulari, & obligatio ex conſenſu conjugali promiſſo operatur ad conſummandum, die Eheliche Zuſagung durch Prieſterliche Copulation zu conſummiren und zu vollenziehen D. Hahn *ad Weſenbec. de rit. nupt.*

nupt. n.5. Judex ex officio eos ad conſummationem matrimonii poteſt adigere, iisque mandare, ubi implementum voti per copulam Sacerdotalem remorantur Carpz. *Jurispr. Conſiſtor. part. 2. def. 132.* etſi nulla pars contrahentium petierit; D. Mevius *part. 6. deciſ. 61.* qui dicit, quod ita Judicis officio incumbat, quia intereſt tum Reipublicæ, ubi tenetur officium impertiri etiam non imploratus, Joh. Baptiſt. Afin. *de execut.* §. 3. *cap. 16. 58.* 254. *ſeqq.* tum Eccleſiæ (cujus idem favor eſt, qui Reipublicæ, quæ eſt vel ut ſpiritualis Reſpublica) cujus gratia, quo in ea omnia decenter & honeſte agantur, per Magiſtratum omni ope atque ſtudio curandum, ut ſcandala præcaveantur, Felin. *in c. 1. n. 7. nequis duc. quam per adult.* queis ſine nunquam eſt protractio conſummationis nuptiarum Carpz. *Jurispr. Conſiſtor. part. 2. def. 132. n. 9.* quippe tempus quod eſt inter votum nuptiale & ejus conſummationem eſt ſpatium, quod vocat inſidiis Diaboli, calumniis hominum, diſſidiis deſponſatorum, rumoribus & diffamationibus vulgi, ex quibus, tanquam ſcaturigine malorum, non poſſunt non exiſtere diligenter cavenda: Invitus quidem nemo ſponſalia contrahere cogitur, ad contracta tamen per Conjugium conſummare cogendus eſt *l. 5. C. de O. & A.* non tantum poſtulante Contrahentium parte altera, ſed etiam Magiſtratu, cui aliquod jus eſt ad cogendum ex illo voto Mevius *d. l.* ubi elegans habet Decretum in Tribunali Wiſmarienſi anno 1658. prolatum. Hoc certum eſt, Sponſalia legitimo modo contracta contrario diſſenſu ſine juſta cauſa diſſolvenda non eſſe, Beſold. *conſil.* 244. *n.* 13. Carpz. *part. 4. conſt. 20. def. 10.* D. Richter *dec. 8. n. 1.* JCti Argentoratenſes *vol. 1. conſil. 40. n. 46.* imo brachio ſeculari puta captis pignoribus, carceribus ad hoc compellenda pars matrimonium conſummare recuſans, Berlich. *deciſ. 69. n. 3.* Cypræus *de jur. connubior. cap. 12.* §. 2. Bidenbach. *tr. de cauſ. matrim. cap. 2. quæſt. ult. p. 27.* notabilem caſum refert, de quodam Sponſo, qui ex carcere ad templum, ut matrimonium coram Eccleſia publice confirmaretur, fuit deductus, & ex templo in carcerem reductus, ibique detentus aliquandiu, tandem nuptias confirmavit, Beſold. *conſil.* 244. *n. 6.*

Th. VII. Dari & alias cauſas, ob quas benedictio Sacerdotalis introducta ſit, vide ſis apud D. Hildebrand. *de nupt. veter. Chriſtian.* ſcil. Veteres *clandeſtinis nuptiis*, h. e. ut Tertullianus lo-

 qui-

quitur: Nuptiis apud Eccleſiam non profeſſis obſtare voluerunt ut præſtigiis Dæmonum & technis malevolorum, qui Satanæ inſtinctu Nuptias rident, cavilantur, libidini tribuunt, novos Conjuges nequiter faſcinant, &c. occurrerent. Et ne Chriſtiani in Nuptiis contrahendis pejores Ethnicis viderentur: hi enim Nuptias ſuas Diis variis conſecrarunt. Jovem *Gamelium* Junonem *Pronubum*, Deum *Demiducum* invocarunt. Cum itaque hi agmina Deorum in nuptiis adhibuerint, quare non Chriſtiani verum atque unicum Deum, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum prece in Nuptiis, copula inſtituta, adorarent? Paul. Cypræ *de jure connubior. cap. 9. §. 15.* adde *procemium hujus diſſertationis.*

SECTIO VI.
DE EFFECTU.

SUMMARIA.

I. Effectus copulationis Sacerd. eſt, quod Matrimonium ſit Chriſtianum & benedictum, & nuptæ contracta ſint Solenner. II. Matrimonium in gradibus alias de jure prohibitis convalidatur Hierologia, exemplum. III. Si quis bina Sponſalia de præſenti contraxiſſet, priora ſunt præferenda etiamſi concubitus acceſſerit; Sin autem poſteriora ſponſ. per benedictionem Sacerdotalem jam ſint conſummata, æquior eſt ſententia, priora non præferri, ad evitandum ſcandalum. Afertur præjudicium. IV. Si liberi abſque conſenſu Parentum fidem matrimonii dederint, atque inſciis iis per Miniſtrum Eccleſiæ copulati ſint, matrimonium non retractatur. Natabilis refertur caſus. V. Si inviti copulantur a Miniſt. Eccleſiæ, matrimonio per copulam Sacerdotalem ſic contructo, Sponſa deflorata jure quaſi poſtliminii priſtinam conſequitur exiſtimationem, macula per matrimonium purgata. VI. Contractum cum Infideli matrimonium benedictione conſummatum ob ſolam infidelitatem diſſolvi non debet. VII. Liberi ante Sponſalia nati, ſi poſtmodum Parentes per Miniſtr. Eccleſ. copulentur, non aliter ac alii in juſto matrimonio nati habentur ac ſuccedunt; adeout hiſce legitimatis tanquam vere legitimis teſtimonia natalitia dari debeant. Præjudicium. VIII. Sponſa ante benedict. Sacerdot. non gaudet privilegio & honore Sponſi,

Sponſi, poſtquam vero acceſſit Hierologia, uxor gaudet privilegiis mariti. Sereniſſima Auguſta omnium Regum & Principum uxores honoris ac dignitatis lumine merito ſuperat. IX. Non ſolum Auguſta h.e. Imperatoris Uxor, ſed etiam aliorum Principum, Comitum, uxores eadem privilegia ratione dignitatis illuſtris habent. Princeps aut Comes ſi duxerit nobilem virginem, hæc poſt copulationem titulis gaudet mariti. X. Jajam dicta locum habent, niſi matrimonium inter viros illuſtres & Magnates cum plebeja ſit contractum, ea lege ac pacto, ut ne ipſa, nec liberi ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore Sponſaliorum. quod Conjugium honeſtum ac legitimum eſt. XI. Perſona deſponſatæ poſt copulationem demum Sacerdotalem gaudent bonorum Communione. Quamvis alter Conjugum ditiſſimus ſit, & ab altero nihil illatum. Alii hoc in Sponſis locum habere volunt. In hoc negotio conſuetudines quorumvis locorum inſpiciendæ ſunt. De Jure Saxonico Hierologia non ſufficit ad conſequendum id, quod ſuperſtiti ex ſtatuto vel pactis dotalibus debetur; ſed inſuper requiritur Conſcenſio Thori conjugalis. Præjudictum. XII. Jure Saxonico a tempore Copulationis Sacerdotalis incipit privilegium tacicæ hypothecæ, ac jus prælationis mulieri competens, ratione dotis, neque conſcenſio thalami requiritur. Sponſa de præſenti. quæ prævertit numerare dotem fruitur eodem jure. XIII. Poſt benedictionem Sacerdotalem Conjux propter indiſſolubilem vitæ conſuetudinem tenetur Conjugem ob gravius crimen deportatum ſequi. XIV. In doloſos Bigamos pœna Capitis eſt conſtituta in O. Crim. Carol. V. artic. 121. Quæ locum habet, quando quis duas uxores per Sacerdotalem benedictionem doloſe ſibi copulari fecit, & utramque carnaliter cognovit.

Th. I.

EFFECTUS copulationis Sacerdotalis eſt, quod Matrimonium ſit Chriſtianum & benedictum D. Mog. *ad cap. 2. X. de ſponſal. cap. 1. th. 7.* & nuptiæ contractæ teſtato ſeu publicæ coram Eccleſia reiteratæ efficiantur SOLEMNES, Bachov. *in not. ad Weſenb. de rit. nupt. n. 2. verb. aut publica ſunt.*

Th. II. Matrimonium in gradibus alias de jure prohibitis convalidatur Hierologia. Sic in nonnullis locis prohibitum eſt, ne Conſobrini ſub pœna relegationis abſque Principis diſpenſatio-

ne matrimonium ineant, uti in Haſſia *Conſiſt. ſpecial. tit.* Von denen in Ehe-Sachen verbotenen und zugelaſſenen gradibus der Bluts-Verwandnüs und Schwägerſchafft. §. Was ꝛc. Sin autem de facto id factum, ac benedictio Sacerdotalis acceſſerit, non reſcinditur; quoniam de matrimonio contrahendo quidem poteſt diſpenſari, non autem de matrimonio jam contracto iterum diſſolvendo; nemo enim *regulariter* poteſt diſſolvere matrimonium copula conſummatum *cap. ex publico 7. de conv. conj.* Barbos *p. 2 rubr. n. 13. & 15. ff. ſolut. matr.* Kizelius *in ſynopſ. matr. c. 3. theor. 14. lit. d.*

Th. III. ſi quis bina ſponſalia de præſenti contraxiſſet, ſupra dictum eſt, priora eſſe præferenda; cui hoc addimur, etiamſi ad poſteriora concubitus acceſſerit, nihilo tamen minus priora ſubſiſtere, propterea enim iſta majoris roboris aut firmitatis non ſunt, quam hæcce, cum non concubitus, ſed conſenſus faciat nuptias *l. 30. ff. de Reg. Jur. l. ult. C. de repud.* modo primus Sponſus vel Sponſa talem admittere velit. *c. 1. c. ult. de ſponſal. duor.* Sin autem poſteriora Sponſalia per *benedictionem Sacerdotalem* jam ſint conſummata, æquior eſt ſententia, priora non præferri, ad evitandum ſcandalum; Pontificium in contrariam ſententiam inclinantium autoritas tanta eſſe nequit, ut ſcandalo feneſtra aperiatur, Cypræus *de ſponſal. c. 10. § 25.* Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſtor. def. 66.* accedit ratio civilis, ſi quis rem unam duobus in ſolidum vendiderit, & poſteriori tradiderit, rata habetur emtio cum poſteriori inita, *per l. quoties C. d. rei vindicat.* in matrimoniis enim, inquit Cypræus c. l. idem jus ſervandum eſſe, rationis eſt, aut is, qui uxorem ſibi deſponſatam & traditam accipit & poſſidet, potior ſit illo, cui ea tantum promiſſa, cum copula inducat poſſeſſionem matrimonii; vid. omnino D. Gerhard *de conjugio* §. 534. & ita Supremum Conſiſtorium Dresdenſe menſe Majo anni 1674. in caſu, ubi quis fœminam ſtupraverat, eique [quod actrix juramento a Conſiſtorio ipſi injuncto probaverat] fidem dederat matrimonii, & durante actione ab impragnata mota contra inhibitionem Judicis cum altera Conjugium inierat, illudque mediante copula Sacerdotali & carnali conſummaverat, reſpondit: daß es geſtalten Sachen nach beyder zwiſchen Beklagten und Intervenientin (illa, qua cum poſteriora ſponſalia hierologia fuerant conſummata) vermittelſt Prieſterlicher Copulation underfolgter

folgeter Ehelichen Beywohnung volzogener Ehe billig zulaſſen; Es iſt aber Beklagte Klägerin (in prægnata, cui prius promiſerat matrimonium) vor die zugefügte Schwangerung/die ihr nach Gelegenheit dieſes Falls an ihren Ehren unnachtheilig/gebührenden Abtrag zu thun ꝛc ſchuldig. Magnif. D. Struve *in diſſertat. de jure divortii cap. 1. theſ.* 27. Diſſentit Berlich *p.4. concl. 28.* Jacob Thoming. *conſil. 52.* Conrad. Mauſer. *ad tit. de nupt. ad princ.* Mod. Piſtor. *conſil. 42.* Schurff. *cent. 1. conſil. 17.* B Luther. *de cauſ. matrim.*

Th. IV. A Liberis Parentum conſenſum in nuptiis neceſſario adhibendum eſſe tam Jure Naturæ, Divina, quam Civilia & Canonica volunt, jubent; Attamen non retractatur matrimonium, quando Liberi absque conſenſu Parentum fidem matrimonii dederunt, atque inſciis iis per Miniſtrum Eccleſiæ copulati ſunt. Sic in arduo quodam caſu, ubi filius nondum 14. annorum, a quadam fœmina non ita integræ famæ, quæ ſe imprægnatam ab ipſo dixerat, ſeductus, ſvaſæ imprægnatæ & minis Cognatorum ignorantibus id Parentibus alibi extra Patris domicilium per Paſtorem quendam copulatus fuerat, ac poſtquam illud factum intellexerat Parens (officialis quidam gravis armaturæ) ſtatim illuc profectus non ſolum conſtanter contradixerat facto, ſed etiam cum imprægnata ita tranſegerat, ut pro certa ſumma pecuniæ renunciaſſet matrimonio, imo Paſtorem, qui copulaverat, eo perſuaſum habuiſſet, ut ille benedictionem a ſe factam revocaſſet; illis tamen omnibus non attentis, pronunciatum fuit, matrimonium non poſſe reſcindi, licet coram competenti Judice ſive Conſiſtorio Eccleſiaſtico ad id agatur, ita reſponderunt Dn. Theologi Lipſienſes anno 1622. apud Dedekenn. *theſaur. conſil. Theolog. ſect. 3. n. 41. pag. mih. 131. ibi.* Walte man weiter fragen: Ob ein Evangeliſches Conſiſtorium, wann es der Vater gebührlich ſuchte/ ſolch conſummatum matrimonium reſcindiren würde und könte? Iſt hierauf zu wiſſen: daß/ob wohl in utramque partem ſpecioſa argumenta zu finden/ ſo achten wir doch dafür in negatem partem tutius man conſendiren könne. Denn ob wohl nichts taugliches in toto caſu zu finden/wann wir die actiones hominum ratione ſubjectorum betrachten/ ſo iſt doch auſſer allen Zweiffel und bey allen Evangel. Kirchen beſtändiglich obſerviret worden/ daß die benedictio Sacerdotalis vere conſum-

matum

matum matrimonium mache/unddemnach certiſſima illiusconfirmatio ſey/auch dasjenige/was vorher nicht aller Dinges zuprobiren/per preces deprecando tegiret,und das matrimonium geheiliget werde/und ſey demnach rathſamer/daß dieſes Jünglings unbedachtſame Ehe unzerriſſen bleibe/ob es gleich mit ſeinem Schaden geſchiehet/als daß man dieſe heilige action ludibrio exponire, und Aergernüs bey vielen gebe/welche dannenhero verurſachet werden/von der benedictione Sacerdotali wenig zu halten; welche/ob ſie wohl nicht ſimpliciter ad eſſe,jedoch ad bene eſſe matrimonii & ejus confirmationem hoch von nöthen iſt: halten auch dafür/daferne bey dieſer Copulation rechte Vermahnung zur Beſſerung vorhergangen/und wo ſolche erfolget/ GOtt ſey ausgeſünet worden/ und den Eheſtand geſegnet habe; Iſt auch dem verſtricketen Gewiſſen des Jünglings ſicherer zu rathen und zu helffen/ wenn der Vater in honorem conſummati matrimonii de jure remittiret und die cohabition zuläſſet/&re non amplius integra,h.e.copula interventa,nuptias diſſolvi non poſſe volunt Beuſt. *de matrimon. c. 47.* Harprecht. *ad pr. Inſtit. de nupt. num. 70.* Weſenbec. *in paralit. cod. n. 8.* Hilliger *in Donell. Enucleat. lib. 13. c. 20. lit. U.* Phil. Melancht. *in exam. loc. de Conjugio.* Coraſ. *lib. 1. miſcell. 17.* Contrarium aſſerent Alber. Gentil. *lib. 4. de nuptiis c. 7.* Arumæ. *exerc. 2. q. 2. th. 5. lit. d.* Rittershuſ. *ad pr. Inſt. de nupt.* Berenſ. *Diſp. 1. th. IX. qu. 9.* Kob. *in comment. ad Inſtit. verſ. conſenſum habeant Parentum quæſt. 3.* Sutholt. *Diſp. 2. theſ. 58.* Locumer. *quæſt. 29.* Bach. *ad Treutler. vol. 2. Diſp. 6. theſ. 5. lit. c.* Schneidew. *p. 2. de nupt. n. 35. & 36.* qui tamen plerique de copula carnali loquuntur; Nos autem majorem efficaciam tribuimus hoc in paſſu copulæ Sacerdotali, quam carnali; atque concedimus, multa eſſe, quæ matrimonium contrahendum impediunt, contractum & conſummatum autem non dirimunt.

Th. V. Si inviti copulantur a Paſtore vel Miniſtro Eccleſiæ conjugium promiſſum conſummare detrectantes, matrimonio per copulam Sacerdotalem ſit contracto, ſponſa deflorata jure quaſi poſtliminii priſtinam conſequitur exiſtimationem, macula per matrimonium purgata *arg. cap. ad id 21. X. de ſponſal. cap. inſuper 4. X. qui matrimon. accuſ. poſſ.* & licet ſponſus rurſus deſerat uxorem, ipſa tamen innocens, & deſertor maritus pœnam deſertionis

tionis, nempe fuſtigationem, haud evirabit, *Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. ſub tit.* von den Ehegatten/ſo einander bößlich verlaſſen/ Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. tit 8. def. 135.* Idem *in Pract. crim. part. 2. qu. 58. n. 65.*

Th. VI. Contractum cum Infideli matrimonium benedictione conſummatum [*forſitan ſi infidelitas celata ſeu ſimulata fuiſſet*] ob ſolam infidelitatem diſſolvi non debet, præcipit enim fideli Apoſtolus, ne ab infideli, quamdiu in matrimonii officium (quod cohabitionem vocat) conſenſerit, diſcedat. *1. Corinth. 7. v. 12. & ſeqq. arg. c. decrevit. 14. de hæret. in 6.* Wiſſenb. *p. 3. exercit. 44. num. 9.* Si enim vel inſciis Magiſtratibus in tali vel ſimili caſu matrimonium contractum, aut à Magiſtratibus male informatis, aut doloſe inductis iſtud permiſſum ſit non poterunt poſt conſummatum matrimonium, aut celebratas nuptias tales conjuges disjungi, quia ſcandalum inde majus poſtea naſceretur, & conſcientiæ Conjugum graviſſime læderentur, Bidenbach. *tract. de cauſ. matrim. p. 45.*

Th. VII. Liberi ante Sponſalia nati, Nuptiis per benedictionem tandem ſecutis non aliter ac alii injuſto matrimonio nati habentur ac ſuccedunt, prout Dnn. Scabini Magdeburgenſes reſponderunt: adeo ut hiſce legitimatis tanquam vere legitimis teſtimonia natalitia, Geburtsbrief/quod ex thoro legitimo & parentibus honeſtatis nati ſit, dari debeant, & ita reſponderunt Scabini Lipſienſes teſte Carpz *part. 2. conſt. 6. def. 15.* Es haben aber nachmahls vorgedachte beyde Eltern einander geehliget und ſich trauen laſſen/ und nachdem beniembter ihr Sohn erwachſen/und Bürgerliche Nahrung und Handel zu treiben/vorhabens iſt/will ihme ſolches anderer Geſtalt/als gegen Verlegung und Ausweiſung eines Geburtsbriefs nicht geſtattet werden ꝛc. So ſeyd ihr ihme dergleichen Geburtsbrief/daß nemlich Er von ſeinen leiblichen Eltern/ als Chriſtlichen/ehrlichen/frommen Eheleuten/als einem rechten/ ehelichen/ohnbefleckten/ohngetadelten Ehebett herkommen/ gezeuget und gebohren/zugeben wohl befugt/ D. Richter. *p. 2. deciſ. 80. n. 15.* Hahn ad Weſenb. *in notis ff. de his qui ſunt. n. 2.*

Th. VIII. Ante benedictionem Sacerdotalem ſponſa non gaudet privilegio & honore ſponſi; Mevius *ad Jus Lubecenſ. part.*

 2. tit.

2.tit.2.art.12.n.264. v. g. ſponſa Principis, ſi ſit Comitiſſa, non dicitur Principiſſa, poſtquam vero acceſſit *Hierologia*, gaudet privilegiis Mariti; de qua dignitatis maritalis communicatione eleganter ſcribit Franciſcus de Amaya *ad l.fin. C.de incolis lib. 10. Cum maritus ſit caput uxoris, unde provenit, ut ſicuti caput influit in cætera membra, ita etiam oportet a marito, tanquam a capite, in ſua membra derivari qualitates illas honorificas vel viles*, neque illa juris Romani ſententia, *uxorem radiis mariti corruſcare*, mera civili ratione nititur; imo & naturali, fundata in arctiſſimo ſocietatis conjugalis fœdere, quod juxta naturam ſuam quandam inter conjuges ἕνωσιν ſeu unionem operatur; quæ unitas ut ad ſacra & domeſtica, ſic & civilia, ſtatum ſcil. & conditionem externam recte extenditur, & videtur ipſius mariti dignitati illud detrahi, quod uxor ſociæ non tribuitur. D. Fritſchius *tr. de Auguſta cap. 3. n. 8.* Hinc Imperator Romanus, quoniam Majéſtatico dignitatis ſplendore omnes anteit Reges & Principes; ita Sereniſſima ac Venerabilis Auguſta, §. *ult. Inſt. de uſucap.* omnium Regum ac Principum uxores honoris ac dignitatis lumine merito ſuperat. Unde in literis gratulatoriis de matrimonio Sacratiſſimi Imperatoris LEOPOLDI Cæſareæ Majeſtati oblatis AUGUSTAM titulo der allerhöchſten Princeßin uf Erden/ honoratam eſſe teſtatur D. Fritſch. *c. l. n. 4.* Num autem AUGUSTA ſeu Imperatrix præcedat, aut ſequatur Regem Bohemiæ? vid. Limnæ, *in comment. ad Aur. Bull. c. 26. v. 1. Obſerv. 2. & in annotament. ad Capitulat. Ferdinand. III. art. 4. verb.* vorgehen/ *p. 686.* Tituli quoque honorifici, quibus Imperator inſignitur, nempe Majeſtatis, Sacratiſſimi, Divi, &c. vid. D. Cloz *de titulis honorificis cap. 3.* competunt Auguſtæ, quatenus tamen pro conditione ejus ſexus tribui poſſunt. Imperatrix Auguſta peractis nuptiarum ſolennitatibus inungitur, conſecratur & coronatur; Auguſtalibus *inſignibus* amicta ingreditur, habet Archi-Cancellarium, Abbatem Fuldenſem. Mallinkrot. *d. tr. de Archi Cancellar. Imper. cap. ult.* Kirchnerus *de offic. ac dignit. Cancellarii lib. 1. cap. 3.*

Th. IX. Non ſolum autem Auguſta, h. e. Imperatoris uxor, ſed etiam aliorum Principum, Comitum & perpetua dignitate regali una cum territoriali jurisdictione inveſtitorum UXORES

eadem

eadem privilegia ratione dignitatis illuſtris habent; D. Mylerus ad Ehrenbach. *in Gamolog. Perſonar. imper. illuſtr. cap.7. th.6.* Si enim privatæ mulieres honore maritorum refulgent & illuſtrantur *l. fœmina. ff. de Senator.* multo magis Duciſſa tanto Viri fulgore ſplendens ejusve dignitate erigi & coruſcare debet, ejusque privilegiis, ac propter juris divini & humani communicationem uti frui convenit, quatenus perſonæ qualitas hoc permittit, Joan. Boraſ. & Antonius Faber *ad l. Princeps. 30. n. 13 per l. 1. C. de in jus vocand.* Richard. Dieter. *de Majeſtate th. 72.* unde concluditur, ſi Princeps aut Comes Imperii ducat uxorem *Virginem nobilem*, Hanc poſt copulationem dignitatem conſequi, ac titulo Hochgebornen aut ſi Principis uxor facta, Durchlauchtig gaudere, *arg. Novell. 105. cap. 2. l. fin. ibi: mulieres honore maritorum erigimus. C. de incolis lib. 10.*

Th. X. Jamjam dicta locum habent, NISI matrimonium inter Viros Illuſtres, & Magnates, cum plebeja ſeu vilioris conditionis muliere, ea lege & pacto contractum, ut nec ipſa, nec liberi ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore Sponſaliorum, Kizel. *in ſynopſ. matrimon. cap. 9. theor. 6.* D. Fritſchius *in ſupplem. Speidel.* nec Martiata in ſtatum Mariti evehatur, ſed in priſtino ſuo ſtatu permanet, indeque Principiſſæ, Comitiſſæ nomen, titulum, inſignia & honores, plane non adhibeat, de quo matrimonio pactionato agitur in jure feudali *lib. 2. feud. 29.* quale Conjugium honeſtum ac legitimum eſt, quoniam perinde ut aliud connubium, conſiſtit in vinculo animorum indiſſolubili, ſobolis procreandæ gratia contracto; neque differt ab aliis conjugiis, niſi in eo, quod in favorem liberorum prioris matrimonii aut Agnatorum, a redituis ac bonis avitis uxor & liberi excludantur, Mylerus *in Gamolog. cap. 6. n. 9.* D. Linck. *de matrim. leg ſalic. contract. cap. 3.*

Th. XI. Perſonæ deſponſatæ poſt copulationem demum Sacerdotalem gaudent *bonorum communione*; hinc, licet ante concubitum & ingreſſum thori conjugalis alter conjugum moriatur, id quod Statuto, quo communio eſt conceſſa vel hæreditas conceditur Conjugi, pertinet ad superviventem Copulationi quod ſacris literis & expreſſis juris Civilis textibus convenit, & præju-

diciis confirmat Cornel. Neoſtad. *de pactis ante nuptialibus obſerv. th. 15. & ſeqq.* Sim. a Grœneweg. *d. LL. abrogat. in Holland. ad l. 6, ff. de ritu nupt.* Lamb. Goris *adverſ jur. tr. 1. cap. 2.* Anth. de Gamma *deciſ. 28. n 1.* Chriſtianæus *vol. 1. deciſ. Belgic. 216. num. 9.* D. Hahn ad Weſenb. *parat. ff. de ſponſal. n. 7. verb. contrarium*, atque ſic etiam ex conſvetudine Pariſienſi ac plerisque aliis regni Galliæ obſervari teſtantur Mornac *ad l. 7. de ſponſal* Boer. *deciſ. 22. n. 34. & 35.* Buſius *ad l. 5. & 6 ff. de R N.* apud Brandenburgos Brunnem. *ad l. 6. ff. de ritu nupt.* & hoc quoque optinere eo caſu, quo altero conjugum exiſtente ditiſſimo ab altero in ſubſidium matrimonii nihil fuerit allatum, modo abſit dolus, & fraudulenta amplæ dotis promiſſo non præceſſerit, docent Rol. a Valle *tract. de lucr. dot. quæſt. 92.* Peckius *de teſtam. Coniug lib. 2. c, 3. & 4.* Mevius *ad jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 12. n 256* Chriſtianæus *vol. 1. deciſ. Belgic. vol. 1 deciſ. 216. n. 8.* Freder. a Sol. *tr. de bon. conſtant. matrim. acquiſ quæſt 12. per tot.* Sin vero alter conjugum promiſiſſet, ſeſe aliqiud allaturum, nec promiſſioni ſatisfeciſſet, non quidem id odſtabit, quo minus in communione ſit, & partem, juxta cujusque civitatis conſvetudinem ſeu ſtatutum, debitam aliquando ex communione conſequatur, ſed idipſum, quod communioni, adhuc debet, ſolvere prius tenebitur, vel in partem ſtatutariam ei imputabitur, propter textum *in l. frater. a fratre 38. ff. de condict. indeb.* Schepliz *in conſvet. March. Brandenburg. part. 3. tit. 2. §. 4 & 5.* D. Eichelius *Diſſert. de communion. honor. inter Conjug. theſ. 33.* adde Schurffium *cent. 3. conſ. 9.* Cothmann. 2. *conſil, 18. §. 80. & ſeq.* Menoch. 4. *præſumpt. 147. n. 4.* Gail. *2. obſerv. 80. ibique* Dn, Fabricius *in Repetition.* qui Statutum diſponens de lucris matrimonialibus mariti & uxoris locum habere volunt etiam in Sponſis, & ita Facultates Roſtochienſ. teſte Cothmann. 2. conſil. 78. §. 94. & Gryphiswaldenſem Mevio *ad Jus Lubecenſ. p. 2. tit. art. 12 §. 158.* reſponderunt. In hoc negotio Conſvetudines qvorum vis locorum inſpiciendæ ſunt: De jure enim Saxonico *Hierologia* non ſufficit ad conſequendum id, quod ſuperſtiti ex ſtatuto vel pactis dotalibus ex bonis defuncti debetur, ſed inſuper requiritur *Conſcenſio Thori Conjugalis*, daß das Ehebette beſchritten wird/ & ſic bona Conjugum ſimul re & corpore, ut Zeno ait *l. penult.*

nult. C. de inceſt. nupt. conveniant, Beuſt, *de matrim. cap. 67.* Andr. Kohl. *de ſucceſſ. conjug. part. 2. n. 17. 18.* Carpz. *part. conſt. 19. def. 1. & ſeqq.* & ita in Dicaſterio Jenenſi anno 1615. & 1630. teſtatur D. Richter. *deciſ. 94.* Daß das Beylager und Bettſchreiben erfolgen muß/ wenn die Braut dem verſtorbenen Bräutigam aus Statut-Recht oder Gewohnheit erben will.

Th. XII. Jure Saxonico a tempore demum Copulationis Sacerdoralis incipit *prievilegium tacitæ hypotecæ. ac jus prælationis mulieri competens, ratione dotis,* neque Conſcenſio thalami requiritur; Et licet longe poſt contractum demum matrimonium dos conſtituta fuerit, nihilominus a prædicto tempore privilegium incipit, Boer. *deciſ. 331. n. 3.* Berlich *part. 2. concl. 30. n. 14.* Carpz. *p. 2. c. 24. def. 1.* ubi præjudicium habet & *def. 2.* docet, quod in Dotalitio quoque Jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipiat a tempore Copulationis per Sacerdotem facta: Quamvis Sponſam de præſenti, quæ præverterit numerare dotem, recte frui & jure hypothecæ & prælationis, quod vere ſit uxor *arg. l. 30. de R. I.* ſtatuant D. Hahn. ad Weſenb. *in quib. cauſ. pign. vel hypothec. n. 1.* Magnif. D. Struve *Syntagm. Jur. Civil. exerc. 26. theſ. 14.*

Th. XIII. poſt benedictionem Sacerdotalem matrimonium etiam ob gravis crimen, exceptis criminibus adulterii perduellionis, homicidii, beneficii *l. 8. C. de repud.* non diſſolvitur, imo Conjux propter indiſſolubilem vitæ conſvetudinem tenetur Conjugem ob ejusmodi crimen deportatum ſequi, niſi neceſſitate quandam domi detineatur per textum *in c. 2. X. de divortio.* Carpz. *lib. 2. def. 203.* ita in Conſiſtorio Lipſienſi in delicto furti anno 1670. reſponſum fuit, Ob nun wohl N. D. die Zerrüttung ſeines Hausweſens/ und daß ſein Weib durch die ewige Landsverweiſung/ ſo eine infamiam nach ſich zöge/ von Ihme abgeſondert wäre/ beweglich anführet/ d. g. u. d. Der begangene Diebſtahl und die erlittene Straffe/ bewehrter Rechts-Lehrer Meinung nach/ zu Aufhebung der Ehe keine gnugſame Urſache giebet/ So kan auch die Ehe zwiſchen dieſen beyden Perſonen nicht getrennet/ noch dem Ehemanne ſich anderweit zu verehlichen verſtattet werden/ V. R. W. vid. Dn. Meerbach. *in Diſſert. inaugur. de jure divort ſub præſidio* Magnif. Dn. Struvii *habit. cap. 5. th. 19.*

Th. XIV. In doloſos Bigamos, qui utrumque matrimonium copula conſummarunt, pœna Capitis eſt conſtituta *in Ordinat. Crim. Carol. V. artic. 121.* Hæc autem tum locum habet, quando quis duas uxores *per Sacerdotalem benedictionem* doloſe ſibi copulari fecit, & utramque *carnaliter* cognovit. Conſummata enim bigamia tantum capitis pœna plectitur, ſicuti: Facultas Juridica Gryphiswaldenſis anno 1674. teſte D. Gerdeſio *in ſesquicenturia præcipuar. different. jure commun. a Lubecenſ. num. 126.* reſpondit his verbis: Dieweil aber Inquiſitus in ſcharffer Frage erhalten/ daß er ſich das Weibesſtück nicht ehelich trauen laſſen/ ſo mag derſelbe auch dahero/ ungeachtet er unterſchiedliche Hurenkinder mit ihr gezeuget/ am Leben nicht geſtraffet werden. Er iſt aber nichts deſto weniger öffentlich mit Staupen zu ſchlagen/ und des Landes zu ewigen Zeiten zu verweiſen/ V. R. W. & ab Eadem Facultate in alia cauſa pronunciatum eſt: Dieweil Inquiſitus in ſcharffer Frage erhalten/ daß er zwar über ſein erſtes Eheweib ſich A. N. ehelich in Holſtein vertrauen laſſen/ Er hätte aber bey ihr noch nicht gelegen/ ſo wäre er/ geſtalten Sachen nach/ mittelſt öffentlichen Staupenſchlag des Landes zu ewigen Zeiten zu verweiſen V. R. W.

SECTIO VII.

DE

COGNATIS.

SUMMARIA.

I. *In Belgio etiam coram Secretario & Teſtibus nuptiæ declarantur, conficiuntur pacta dotalia, nec de Eorum validitate amplius dubitatur, quemadmodum ſeculo Juſtiniani ſine ſolennibus matrimonia celebrantur. II. Mos valendi Monialem ſeu ſacram Virginem benedictioni noſtræ affinis videtur. III. Cum hierologia conveniunt Inveſtitura & literæ Clientelares. IV. In Dania, qui in domo ſua Concubinam habet, & ejusdem conſvetudine palam utitur, & claves illi committit, & per triennium communi victu cum illa utitur, eo elapſo juſtæ uxoris vicem obtinet.*

Th. I.

Th. I.

AD cognata Benedictionis Sacerdotalis, refertur Conſenſus Matrimonialis coram Magiſtratu Politico in iis locis, ubi benedictio non eſt recepta, vel non ita ſtrictæ ſervatur. In Belgio CORAM SECRETARIO ET TESTIBUS nuptiæ declarantur, conficiuntur pacta nuptialia, nec de Earum validitate amplius dubitatur. D. Gerhard. *de Conjug. theſ.* 478. quemadmodum SECULO JUSTINIANI pleraque matrimonia ſola affectu privatim & ſine ſolennitatibus hodiernis v. g. benedictione Sacerdotali celebrabantur D. Martin Müllerus *Anteceſſ. Gieſſ. piæ mem. Diſſert. de jure legitimandi th. 11.*

Th. II. MOS VELANDI MONIALEM ſeu ſacram Virginem Benedictioni noſtræ affinis videtur. Futura enim Monialis Epiſcopo offerebatur tali veſte, quali per omnem vitam uſura erat, poſtea ad altare accenſis candelis in facie totius Eccleſiæ ducebatur, & Epiſcopus, antequam velum imponeret, ita compellabat: *Aſpice, filia, hoc velamen & obliviſcere populum tuum & domum Patris, ut Rex cæleſtis decus tuum concupiſcat!* quibus dictis velamine eam tegebat, in ſignum caſtimoniæ & verecundiæ conſervandæ, clamante omni populo, Amen! Optatus Milevitanus *lib. 2. ad Sarmenianum* refert, mitras virginibus impoſitas; Denique moris, ut honeſtæ matronæ ad virginem jam velatam concurrerent, ejusque oſcula certatim peterent, teſte S. Ambroſ. *in libello ad virginem lapſam.* Plura de Moniliabus veterum, qui noſſe deſiderat, legat S. Athanaſ. *lib. de Virginitat.* S. Baſilium *in libell. de Virginibus.* S. Auguſtin. *lib. 1. de morib. Eccleſ. Catholicæ,* & Hieronymus *in epiſt. de Triginit. cuſtodiend.* D. Hildebrand. MS. *de Religioſis eorumque variis ordinibus.*

Th. III. Quoniam Vaſallus in Jure feudali *2. feud. 58.* Domini Conjux appellatur ibi: *Non enim æquum eſt, quem videre egentem, quem prius habuit in* CONJUGEM, *vel amicum.* Dn. Chriſt. Frider. Reichhelm. *in Diſſertat. ſua inaugurali de fide Reciproca ConjugaliDominicum Vaſallo & Protectoriscum Cliente Argentorati anno 1667. habit. aphor. 2.* eleganter ait: Cum Hierologia conveniunt Inveſtitura & literæ Clientelares; quemadmodum enim hodie omiſſa

omiſſa hierologia non conſummatum dicitur Conjugium, Carpzov. *Juriſpr. Conſiſtor. p.c. tit. 8. def. 142.* Inveſtitura abuſiva, ſcil. ejusque ſolennitatibus omiſſis, nullum eſt feudum *1. feud. 25. & 1. feud. 32. etiamſi Dominus confiteatur.* Benedictio Sacerdotalis tamen ita perficit Conjugium ad effectum civilem vel naturalem, procreationem ſcil. ſobolis, vel moralem [*loquitur de moribus Saxonicis*] v. g. lucrum portionis ſtatutariæ *p. 3. Conſt. Elect. 19.* ibique Carpzov. *def. 1. 2. 3. & 4* ſi acceſſerit conſcenſio thalami & traditio corporum; ita Inveſtitura hæc abuſiva tribuit tantum jus ad rem ſine dominio & poſſeſſione, Magnif. D. Struve *Syntagm. Jur. feudal. cap. 8. th. 9. num. 1.* Sicuti Copulationes conſignandæ a Parocho & Succeſſori relinquendæ in teſtimonium, D. Gerhard. *in loc. de Conjugio. §. 465.* Ita ſuper contractu feudali & inveſtitura facta conficitur Inſtrumentum, breve teſtatum *1. feud. 2. §. 1.* Ein Lehenbrieff. Copulationes Illuſtrium ſicut in quibusdam familiis fiunt per alios a Sponſa delegatos; ſic quoque in Inveſtitura admittitur Procurator, qui in animam Vaſalli juret *2. feud. 3. §. 1.* Quemadmodum etiam Conjugium antea per conſenſum contractum per hierologiam; feudum per Inveſtituram publicatur quaſi, & in externam componitur perfectionem; ita quoque Protectio, variis modis, pactis & conditionibus determinata in ſolennem Receſſum redigitur, vulgo in literas ſeu tabulas Clienterales Schutz und Schirm-Brieffe/ vid. Martin. Mager *de Advoc. armat. cap. 2. n. 201.* Beſold. *Diſſert. de Patrocinio & Clientela.*

Th. IV. Obiter: In DANIA, qui in domo ſua Concubinam habet, & ejusdem conſvetudine palam utitur, & claves illi committit, & communi victu per triennium cum illa utitur, eo elapſo juſtæ uxoris vicem obtinebit, prout *ex lib. 1. Jur. Danic. cap. 27.* teſtatur Dn. Roſenkranz. *de Jur. Danic. poſſit. 5.*

SE-

Sectio VIII. & Ultima. DE CONTRARIIS.

SUMMARIA.

I. Contraria ſunt vel Hierologiam impedientia, vel eam peractam Diſſolventia. Prioris generis ſunt Sponſalia illicite contracta. II. Diverſas Religionis improbatæ. III. Ætas Impuberum. IV. Propinquitas Cognationis. V. Affinitas. VI. Reſcinditur matrimonium Adulterio & malitioſa deſertione. Impotentia & Errore Virginitatis. VIII. Q. Num uxor petere poſſit ſeparationem, ſi maritus de ſtupro aut fornicatione convictus ſit, quam ante reticuerat? IX. Si poſt copulam Sacerdotalem ex uxore fieret mas, vel membra genitalia deficerent, vel in uxore, vel marito. Q. an diſſolutio concedenda ſit? X. Num conſentiente muliere maritus cum alia nuptias ſecundas contrahere poſſit. §. Loco Corollarii caſus.

Th. I.

CONTRARIA ſuut vel Hierologiam *impedientia* vel eam peractam *diſſolventia. Prioris generis* ſunt *Sponſalia illicite contracta*, quæ inprimis absque Parentum conſenſu inita, benedictione nullatenus conſummanda. Clandeſtinæ enim deſponſationes omni jure ſunt prohibitæ, & illicitæ *cap. fin. de cland. deſponſ. c. aliter. c. 30. quæſt. 5.* & clandeſtina Sponſalia vocantur, quæ ſine conſenſu Parentum celebrantur inter eos, qui ſui juris non ſunt, ſed in poteſtate Parentum, ſive uterque, ſive alter tantum ſit in poteſtate, ſive clam, ſive præſentibus teſtibus contraxerint. *Ordin. Sax. Eccleſ. tit.* Von Eheſachen.

Th. II. *Diverſitas Religionis improbatæ* impedit copulationem Sacerdotalem; qui enim Chriſtianam fidem ſeqvuntur, jungi non poſſunt Judæis *l. 6. C. de jud. & cœlic. cap. 10. cap. 18. quæſt. 1.* Paganis, Turcis, & Saracenis, Kizel. *de jure connub. c. 3 theor. 17.* Bocer, *claſ. 1. diſp. 9. th. 62.* D. Hahn. *in obſervat. ad Weſenbec.*

ff. de ſponſal. num. 4. Carpzov. *Conſiſtor. Jurisprud. lib. 2. def. 6. num. 18.*

Th. III. *Ætas impuberum* obſtat matrimonio conſummando; Juſtæ enim ſint ætatis contrahentes. Mas nempe 14. fœmina 12. annorum, *pr. Inſtit. de nupt.* Carpzov. *de jure fœmin. deciſ. 1. poſſit. 1. nec non.* Morbus contagioſus inſanabilis, qualis lepra morbus Gallicus ſeu Neopolitanus, Kizel. *cap. 4. theor. 3. lit. C.* quod id Reipublicæ interſit; quamvis leproſus leproſæ jungi velit, id tamen non eſt permittentum. Eraſm. Brochmann *in artic. de conjug. quæſt. 37.* periculum enim eſt morbos contagioſos in liberos derivari.

Th. IV. *Propinquitas Cognationis*, puta in linea Recta, inter Deſcendentes & Aſcendentes in infinitum. Levit. *c. 18. v. 17. §. 1. Inſtit. de nupt.* ſive legitimi ſint & juſti, ſive ſpurii & vulgo quæſiti *l. 14. §. 2. & l. 54. ff. de Rit. Nupt.* In linea Collaterali ſeu transverſali in noſtris Eccleſiis usque ad tertium gradum lineæ æqualis (juxta computationem Canonicam, quæ apud Nos recepta eſt) prohibentur nuptiæ, Heigius *ad §. 2. Inſtit de Nupt.* vid. **Die Churfürſtl. Sächſ. Landes-Ordnung** *de anno 1543. tit.* **von** graden, **darinnen die Ehe verboten/** poteſt quidam a Superiore diſpenſari usque ad ſecundum gradum incluſive. Inter perſonas tamen Illuſtres permittuntur nuptiæ in gradu ſecundo prædictæ computationis, Bechſtad. *de conditionib. ſponſal. tit. 12. num. 15.* Georg. Schulz. *de arbor. conſangv. cap. 8 membr. 1. num. 46.* Extra forum Saxonicum. ubi jura Canonica non obſervantur, nec lex publica obſtat, inter Conſobrinos & Patrueles Nuptiæ prohibitæ non ſunt, quia ejusmodi matrimonium, nec jure divino *Gen. 29.* nec jure civili § 4. *Inſtit. de nupt.* adverſatur, ideoque tuto inire licet Chemnic. *p. 3. locor. commun. de conjug. cap. 3. §. ſecundo loco.* Weſenb. *in parat. ff. de R. N.* ibique Hahn. *n. 4.*

Th. V. Quod *Affinitatem* attinet, in Ea eadem eſt graduum computatio, eadamque matrimonii prohibitio eſt, quæ in conſangvinitate, quoniam affinitas ſimulacrum quoddam Conſangvinitatis eſt, D. Menzer. *de conjug. rubr. de affinit.*

Th. VI. Matrimonium hierologia conſummatum diſſolvitur

tur *Adulterio* ſcil. Matth. *5.32. & cap. 19. 9.* & *Malitioſa deſertione* *1. Cor. 7.15.* ita ut parti innocenti permittatur a noſtris Conſiſtoriis cum alia contrahere matrimonium, vivente adhuc adultera, Schneidevv. *ad Inſtit. tit. de Nupt.* Quoad *deſertionem* notandum quod ſi mulier deſerat maritum, vel contra, in tribus Dominorum territoriis edictaliter citari ſoleat, Carpz. *Jurispr. Conſiſtor. lib 3. def. 63.*

Solet autem quandoque absque proceſſu deſertionis dirimi matrimonium, quando de adulterio vel bigamia Conjugis deſerentis & affugientis certo conſtat, vel per teſtimonium a Miniſterio, vel Paſtore, qui falſis & fictis teſtimoniis cœlibatus ſive libertatis præſumtæ ſeductus adultero, ſe maritum diſſimulandi, benedictione aliam prævia proclamatione publica adjunxit, fuerit probatum, nil amplius, quam ſententiam abſolutoriam, qua matrimonium cum prima uxore initum, expectare habet, Brunnem. *in qq. Weſenb. ad tit. de probat. quæſt. 33.* Magnif. D. Struve *de jure divort. cap. 4. n. 16.*

Th. VII. Sunt etiam adhuc aliæ Divortii cauſa, quæ in noſtris Conſiſtoriis ſunt receptæ, nempe *Impotentia* & *Error Virginitatis*, quoad illam Medicorum & chirurgi deſuper habita Viri inſpectione, & ſuper inſpectionis atticulis ipſis jurata depoſitione, hujusque accurata annotatione divortium fieri poteſt. Beuſt. *de matrimon. p. 2. cap. 14.* excipitur tamen impotentia ex maleficio orta, mit Neſtelknüpffen / quæ matrimonium non diſſolvit. Errorem Virginitatis quod concernit; Ducta mulier, quæ virginem ſe mentita erat, cum ab alio eſſet compreſſa, quamvis ſupervenerit hierologia, nihilo tamen minus repudiari poteſt. *per l. 9. ff. de contrah. emt. & vendit.* add. Wiſſenbach. *diſp. 44. th. 3.*

Th. VIII. *Num uxor petere poſſit ſeparationem, ſi maritus de ſtupro aut fornicatione convictus ſit, quam ante reticuerat?* Anceps quæſtio eſt: Veriſſimum eſt Auguſtini illud *lib. de ſermon. Domin.* quod refertur *in c. 2. & 4. cauſ. 32. quæſt. 6.* Si ducturi eſtis uxores, ſervare vos uxoribus veſtris, qualis vultis eas invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem? & ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam

deſideret? intactam quæris? intactus eſto: puram quæris? nolis eſſe impurus. Non enim illa poteſt, & tu non potes. Unde D. Brunnemann. *ad l. 11. §. 5. ff. de act. emt.* inquit: Non video rationem, cur maritus uxorem ab alio ante Sponſalia vitiatam repudiare, & uxor Virum qui ante illicitis ſeſe polluerat congreſſibus comperto ſcelere retinere teneatur, cum tamen par utrobique requiratur caſtitas. Nihilominus contrarium ſtatuunt Harprecht. *ad §. 11. Inſtit. de nupt.* Carpz *Juriſpr. for. p. 4. cap. 20. def. 13.* ita pronunciarunt Lipſienſes.

Th. IX. *Si poſt copulam Sacerdotalem ex uxore fieret mas, vel membra genitalia deficerent, vel in uxore, vel in marito. Q. an diſſolutio concedenda ſit?* Et quamvis naturaliter ex fœmina non poſſet fieri mas, contingere tamen poteſt, teſtantibus Medicis, ut ejusmodi impedimentum ſeſe exerat in fœmina, ut ad cohabitationem maritalem ob id plane fiat inutilis, ita docet Avincenna *lib. 1. tract. 3. cap. 23.* quandoque, inquit, oritur in ore matricis caro abdita & quandoque apparet ſuper mulierem res quæ eſt ſicut virga commovens ſub coitu, & quandoque, accidit ei, ut faciat cum mulieribus ſimile quod fit eis, cum quibus coitur, & quandoque eſt illud Batarum magnum, vid. Joh. Bened. Sinibaldi *Geneantropeja lib. 4. tract. 1. cap. 13.* Veslingii *Syntagma* Anatomic. *cap. 7. cum commentar.* Geradii Blaſii *pag. mih. 108.* Nicol. Tulpius *in Obſervat. Medic. lib. 3. cap. 53.* Nobiliſſimus Dn. D. Krauſſ. Facult. Medic. Senior ac Profeſſor in hac Salana celeberrimus nobis communicavit, laboraſſe anno 1667. menſ. Auguſt. Patavii impudicam quandam fricatricem, cui nomen Antonio Donzeſſa ex bubone venere, (cujus clitoridem famigeratiſſimus D. Marchettus Eques Divi Marci & Chirurgiæ Prof. Publ. in Academia Patavina dixerat æquare longitudinem medii digiti,) idque revera ita fuiſſe compertum, laudatiſſimus Vir teſtis oculatus eſt. Quod ſi talis impotentia ſit, quæ a Medicis æſtimetur incurabilis, cauſam reſcindendo præbet matrimonio.

Th. X. *Num conſentiente muliere Maritus cum alia nuptias ſecundas contrahere & a Miniſtro Eccleſiæ benedici poſſit?* Olim divortium bona gratia ſeu mutuo placito fieri poterat, h. e. dulciter &

gratio

gratioſe ſine ita animi atque offenſa conjugium diſſolvebatur *l. 32. §. 10. ff. de donat. inter vir. & ux. Nov. 22. c. 14. ſub. fin. l. 9. C. de repud.* Noſtris autem moribus id abolitum eſt, quia indecens & noxium ſit, & per ejusmodi licentiam non poſſint non & familiæ & publicitus civitatem decor graviſſime convelli, ita Conſiſtorium Lipſienſe anno 1631. ad requiſit. Deputat. Schönburg. ad res matrim. reſpondit his verbis: Auch in des Weibes Macht nicht ſtehet/ dem Manne mit einer andern ſich zu verehelichen zu vergönnen/ vielweniger auf das angezogene Alter des Weibes zu ſehen/ ſo kan auch Gabriel Vogeln bey ſo geſtalten Sachen/ und da das erſte Weib noch am Leben/ die eheliche Trauung mit Catherinen Perſchlein nicht verſtattet werden.

TANTUM!

Ne detur vacuum

ſit

COROLLARII LOCO

Caſus.

SEjus & Titius fratres aliquot annos in communione bonorum mobilium pariter ac immobilium (quæ inter & piſcinæ nonnullæ erant) viventes, tandem diviſionem mediante ſorte inſtituunt, Receſſu deſuper concepto, in quo inter alia hæc habentur verba:

Nicht weniger ſollen die Mobilia und Moventia, als Geld/ Haußrath/ Bettwerck/ Vieh/ Getreidig/ und was ſonſt dergleichen mehr/ an einem oder andern Orte befindlich und zur communion gehörig/ ebenfals gleich getheilet/ darin keiner vor den andern verkurtzet werden/ ſonſten aber und auſſer dieſem wird an einen jeden Orte gelaſſen/ was Erd- Nied/ und Nagelfeſte iſt.

Peracta autem diviſione Seniori fratri *Sejo* major quædam piſcina biennio ferme ante carpionibus minutis communibus ſumptibus inſtructa, inter alia bona per ſortem tribuitur. Jam Urgente *Titio* diviſionem piſcium in hac piſcina contentorum Sejus renuit, & nullatenus hoc vult admittere. Quæritur ergo quid Juris?

Sejus rationes affert ſequentes

1. Quod piſces nondum per tempus iſta in regione conſvetum, nempe triennium, in piſcina fuerint contenti, quamobrem.
2. Pro immobilibus & fructibus pendentibus ſint habendi præſertim cum.
3. Iſtum in finem ſint piſcinæ huic illati ut multiplicentur & creſcant, adeoque per parte fundi æſtimandi.

Et ſic 4. tanquam acceſſorium competant illi, cui facta diviſione per ſortem ceſſerit fundus,

5. Quod Sejus conditionem horum piſcium plane ignoraverit, *Titius* contra eandem optime noverit, quare hic imputare debeat ſibi ipſi, quod in receſſu diviſionis de piſcibus nihil monuerit, & ſic diviſionis Legem non dixerit apertius.

Adeoque 6. de Sejo conqueri non poteſt, quia qui ſuo jure utitur nemini facit injuriam.

Pro *Titio* facit:

1. Qvod piſces quæſtionis antehac ex communi pecunia & utriusque fratris nomine & mandato fuerint coemti, adeoque Titius etiam ante diviſionem proprietatem earundem qnodamodo habuerit.
2. Quod expreſſe in Receſſu dicatur: Omnia ad communionem pertinentia dividi deberi. Qui vero dicit *omne*, illum nihil excludere.
3. In ſpecie in Receſſu haberi; Mobilia & Moventia divi-

videnda eſſe; jam vero horum appellatione etiam venire piſces per textum clarum *in l. limes. 15. in fin. ff. de Act. Emti Vend.*

4. Expreſſi Juris eſſe: Piſces in piſcina nec ædium, nec fundi eſſe partem vel acceſſorium, *per d. l. limes, in verſ. Piſces.*

5. Sejum etiam percepiſſe dimidiam partem piſcium in piſcinis Titii repertorum; Quod quisque ergo Juris in alium ſtatuerit, &c.

6. Expreſſa receſſus verba dicere: Daß keiner vor dem andern verkürzet werden ſolle. Contrarium vero eventurum ſi omnes piſces Sejus ſibi retineret.

Ad Rationes *Seji* reſpondetur:

Ad 1. Quod non ſit univerſalis obſervantia & conſuetudo præciſe non ante elapſum triennium deberi evacuari piſcinas. quum ſæpe etiam citius hoc fieri exemplis plurimis demonſtrari poſſet.

Ad. 2. Quod non cenſendi pro fructibus pendentibus, docet aperte dicta *l. limes. 15. ff. de Act. Emt. Vend.* Si nempe non ſunt pars fundi neque rationem habebunt acceſſorii vel fructuum pendentium. Imo ſi hoc procederet, etiam omnium cæterorum animalium pulli perfectam ætatem nondum attingentes in diviſionem venire non deberent.

Quin poſito ad 3. & 4. piſcis in piſcinam eam in finem ut multiplicentur & creſcant eſſe conjectos, pro parte fundi, acceſſorio, & rebus immobilibus habendos eſſe, tamen hoc in caſu, quo piſces non ut multiplicentur, ſed tantum ut creſcant, ad placitum Patrifamilias tempus piſcinæ impoſiti, locum hoc habere nequit, Mens enim & intentio Patrisfamilias, in quem finem uſumque ille deſtinaverit omnino inſpicienda *l. de grege 9.*

l. 12.

l. 12. ff. de inſtructo & Inſtr. leg. Et licet uno alterove reſpectu piſces hi naturam acceſſorii haberent, Regula tamen illa quod acceſſorium ſequatur principale hoc in caſu, propter contrariam conventionem Titii & Seji conventionem exceptionem pateretur.

5. Quamvis etiam 5. expreſſis verbis de piſcibus in Receſſu nihil ſit diſpoſitum, tamen ſub verbis, **alle** mobilia **und** moventia, omnino etiam comprehendantur piſces, quum nihil plane excipiatur niſi **was Erd- und Nagel-feſt** / quod ad piſces non pertinet.

PROTITIO

Reſpondit Facult. Jurid. Helmſtadienſis anno 1680.

F I N I S.